

vanitate, vel propter finem vilissimum, scilicet propter famam, vel aliquid tale priuatum, temporale commodum exercitium istud assumpserim vel prosequi optem; imò potius, vt occupando me quotidiè in Scripturis, secundùm eas vivere valeam, veniendo ad veram humilitatem, mansuetudinem, patientiam,

Nota tanti viri humilitatem. quibus summè indigeo. Et si aliter est, vel alio fine hæc ago, tunc sum bene & nimis miserrimus; vtputa documentis

sacræ Scripturæ tam inaniter, & insipienter abutens. Toris tamen præcordijs D E O gratias ago, quod tam iuuenis religionem ingressus sum, vtputa viginti vnius anni existens. In qua nunc per gratiam D E I quadraginta sex annis permansi, in quibus assidue, D E O laus, extiti studiosus, & multos legi authores, scilicet super Sententias, THOMAE, ALBERTI, ALEXANDRI de Halis, BONAVENTVRAE, PETRI de Tharento, AEgidij, Richardi de media Villa, Durandi & aliorum. Libros etiam Sanctorum. HIERONYMI super omnes Prophetas, & alia multa volumina eius, AVGUSTINI, AMBROSI, GREGORII, Dionysij Ariopagyz, Doctoris mei electissimi, Origenis, Gregorij Nazianzeni, Cyrilli, Basili

Basilij, CHRYSOSTOMI, Damasceni, Boëtij, Anselmi, Bernardi, Bedæ, Hugonis, Geronis, GUILIELMI Parisiensis. Præterea summas omnes vulgares & Chronicas, totum I v s, Canonicum & Ciuale, quantum mihi conueniebat, multos commentatores vtriusq; Testamenti, & quicquid naturalium Philosophorum habere potui, Platonis, Procli, Aristotelis, Auicennæ, Algaselis, Anaxagoræ, Auarrois, Alexandri, Aphorabij, Abubatheris, Euempote, Theophrasti, Themistij, ac aliorum. Verum quo exercitium istud magis est spirituale, laboriosum studio & negotio plenum, eo videtur mihi salubrius, siue accommodius ad mortificationem sensualitatis, & carnalium desideriorum. Fecit etiam libentiū me manere insolitudine. Quamuis insuper scriptura sit multum euidenter & copiosè exposita à magnis doctoribus, sanctisque Patribus, tamen (vt GERSON scribit) sicut exterior gultus secundùm personas & tempora diversificatur, & nunc isto nunc illo cibo delectatur, interdū quoq; vilioribus edulis amplius exhilaratur & confouetur: Ita & de interioris gustus palato cœsetur. Unde in fine secundi Machabæorum inducitur, quod alternū vti delectabile est, & nūc 40. 2. Mach. 19.

aqua nunc vinum delectat. Postremò Ger-
son docet, quod in mensa sapientiæ noua
semper ferula proponi debent. Absit ta-
men à me, abiecto atque vilissimo, vt ar-
bitrer me in mensa sapientiæ recentia fer-
ula posse ponere. Sed vt S. Hieronymus
air: *In domo Dei viuis quisq; offert quod potest,*
*nec alivrum opes, aliorum inopia queunt fæda-
ri. imò magis ornantur: quia opposita iuxta se*
posita magis illucescunt. Ita secundum Aug-
ustinum in libro de Trinitate: *Expedit de
eadem materia plures fieri libros, quia non o-
mnium scripta ad omnes deueniunt.* Et secundum
eundem: *Noua aliquibus amplius pla-
cent & conferunt.* Sunt autem & aliæ causæ
me mouentes, quas propter breuitatem
omitto: & ne me ad obtinendam licetiam
videar nimis armare. Nec istas tetrigi in-
tentione armandi me, &c. sed vt iuxta ve-
stræ paternitatis commissionem, scribe-
rem atque ostenderem vobis, quid cordis
in isto exercitio geram. Itaque sub P. V.
correctione scripta sunt hæc: quia & hæc
scribere mihi commisisti.

C A E T E R V M obijt hic pientissimus
iuxta ac doctissimus Pater anno Domini
millesimo, quadringentesimo, septuage-
simi primo, ipso Diui GREGORII, ma-
gni vtrique totius Ecclesiæ Doctoris; cùm
etiam interim hic Dionyssius noster E x-

TATI-

Llib. I. de
Trinit. ca. 3.

T A T I C I nomen Doctoris meruerit,
quemadmodum ante illum D. Thomas
ANGELICVS est dictus; Bonauentura,
SERAPHICVS; Scotus SVBTILIS, alij
alia à professione sua præclara fortiti sunt
nomina.

Interim verò quæ de reperto B. Patris
DIONYSII corpore, ac miraculis ab ipso
recenter editis (reliquiæ namq; illius sub
ruderibus Anno 1608. ipso Diui Grego-
rij die, quo & obiit, inuentæ, & effossæ
sunt) aliorū relatu habeo, malim aliquan-
do Reuerendiss. Domini HENRICI
CVYCKI, loci istius Episcopi, testimo-
nio in lucem prodire, quām paucis ea hic
complecti.

D O M I N I C VS N. Cartusiæ Treuiren-
sis alumnus, natione fuit Pruthenus, con-
uersatione deuotus, ac vitæ sanctimonia
admirandus, adeo vt omnia illius scripta
non nisi eximiam quandam pietatem spi-
rent. De quo nos latius equidem egimus
in N O T I S nostris seu elucidationibus
ad Chronicon Petri Dorlandi: qui etiam
eximias virtutes ipsius magnis laudum
extollit præconijs, nempè libro septimo,
capite secundo, tertio, & quarto. Scripta huius
porrò volumen prænotatum S O N V S P. Dominici.
E P V L A N T I S, quod comedendo fermè
& ruminando in cellæ solitudine edidit.

F 3

Aliud

Migravit es
bac vita an-
no 1461. ip-
so D. Thomae
Apostoli.

Aliud rursus, CORONAE B. MARIAE. In quo vitam ipsius lapidibus pretiosis comparat. Itemque librum EXPERTIE NTAE; cui varias diuinitus sibi factas reuelationes, in tertia loquens persona, interferit. Et haec quidem sunt quae Posseuinus ex Eisengreinio ab hoc Patre DOMINICO scripta prodijisse commemorat: cum interim nostra in Bibliotheca præter haec (quæ quidem omnia vti manuscripta sic in lucem, quod equidem sciam, nunquam prolatæ sunt) etiam alia habeamus, nempe:

1. *De contemptu Mundi.*
2. *De vera & humili obedientia.*
3. *Remedium grauiissimarum tentationum.*
4. *Exercitium, quo se religiosus spiritualibus meditationibus sedulè debeat exercere.*
5. *De palla spirituali B. Virginis confiando.*
6. *De educatione Pueri IESV in cella.*
7. *Epist. ad quendam Confluentina Cartusia monachum, de exercitio exercitorum.*
8. *Epist. contra metum pestifera contagionis.*
9. *De verecundia.*
10. *De exercitio Dominicæ Passionis.*
11. *De aula, sive domo spirituali B. Mariae extenuenda.*
12. *De fideliofa Missarum celebrandarum modo.*

Interim verò sicuti piorum opusculorum scri-

scriptioni sedulò incubuit, ita quoq; vitæ sanctimonia excellere studuit. De quo refert nostræ quidæ familiae scriptor P. ALBERTVS VVefalienis, de quo suprà in suo vti vocat, *Referendario*; quod mortiferum ebibens inscius venenum, nihil tamen documenti penitus persenserit. Cùm enim ratione officij ex Treuirenſi Cartusia, Confluentinam non minus fessus quam sitibundus adiret, iussus à loci illius Procuratore in Camera hospitum paululùm conquiescere, sitis impatiens cùm nihil aliud ad manum conspiceret, præterquam vitrum quoddam oblongum, cui serpentina aliquot ingestæ erant capita, quorum stillaticius liquor theriacæ conficiendæ usui aptabatur, ille rei omnino ignarus, virulentissimum hunc potum (ò præsentissimum ac ter lethiferum malum) sanctissimæ Crucis signaculo de laudabilis Christianorū more prius consignans, magna ex parte exhaustus, nihil incomodi sentiens: adeò vt locū hic habeat, quod olim Saluator prædixit; nempe, si mortiferum quid biberent, non eu fore nocitum. Plura quoque de hoc beatissimo Patre DOMINICO stupenda prorsus cōmemorantur, partim iam nominato *Referendario*, partim in libro *Experientia*, quæ nos breuitati studentes, missa facimus.

Composuit etiam Rhytmum quendam
valde deuotum de contemptu mundi,
cuius initium:

*Homo Dei creatura,
Cur in carne moritura,
Est tam parua tibi cura.
Pro eternagloria? &c.*

Item Canticum de corona stellarum XII. ad gloriosam Virginem Mariam, quod diuinitus tibi reuelatum ad normā Ambroſiani hymni T E D E V M L A V D A M V S deuotē concinnauit, incipiens; *Te cæli Reginam laudamus, te mundi Dominam honoramus, &c.* cat. prout de verbo ad verbum illud inseruimus N O T I S nostris ad Dorlandi Chronicon¹, pag. 148. Obiit verò post diutinam ægritudinem, ætatis suæ anno septuagesimo tertio, ipso D. Thomæ Apostoli feſto, reparatæ faliſtis 1461. vti scriptorum plerique volunt.

E.

*Floruit anno
M. cccc.
XIV.*

ERASMVS N. professus Cartusiæ Friburgensis, scripsit librum qui intitulatur, *Dulce obsequium nostri Redemptoris;* Item, *dulce obsequiū genitricis Dei MARIAE.* Nec non & fasciculum Mirhæ, Cameram Christi, paronymphum B. M A R I A E. Composuit etiam diuersos Sermones super oratione Dominica. Tum quoque de

Chri-

Christi passione, item de modo orandi, & alia nonnulla, quæ tamen ad manus meas non peruenere. Floruisse eum referunt Herbipolenses nostri Patres, anno post Christum natum millesimo quadringen-tesimo decimo quarto.

ERARDVS VVINHEIM, Albimæ-
nius, ex honesta ac opulenta prognatus *num in Frâ-*
familia, edidit dum h̄c Coloniæ ad breue ^{comia presen-}
tempus degeret, apud Bernardum Gual-
theri anno 1607. SACRARIVM AGRIP-
1608.

PI N A E: in quo ad longū recenset, quid nam reliquiarum in qualibet Vbiorum Ecclesia reuerenter adseruetur: licet in secundâ quam parat editione, accuratius castigatiſq; omnia expectari meritò debeant. A quo etiam proximis, vti reor, nundinis tria in lucem prodibunt Colloquia, eundem apud typographum; quorum primum Christianū inter & Iudæum fingitur esse habitum; alterum Sacerdotem inter & laicum: tertij autem memoria mihi excidit: germanicè tamen omnia. Viuit verò author etiamnum in Cartusia llenbacensi, suis pro viribus in vinea Domini laborans, professus alioquin domus Herbipolensis; de qua quam optimè fane est meritus.

EVERARDVS N. Prior Cartusiæ Diestensis, scripsit de accessu & conuer-

fione cordis ad Deum , de origine insurgentium tentationum , De remedij ea- runden , Sermones aliquot insignes , epi- stolas varias spiritualis gratia dulcedinem redolentes , De interna cordis tranquilli- tate idiomate materno , atq; alia nonnulla nunquam nobis visa . *Ex manuscripto quo- dam Codice.*

F.

*Floruit in
Cartusia Lou-
uanieji tem-
poribus Ca-
poli quinque
Imperiorum.*

FLORENTIVS BATAVVVS patria Harleminus . Prior quondam Cartu- sia Louaniensis , vir magnæ religionis , neque contemnendæ eruditioris extitit : quemadmodum constat ex libris illis quos de Christianæ vitæ institutione belgico idiomate conscriptos , primò quidem Franciscanus quidam , quise Tacitum Nicolaum Zegerum nominat , latine est interpretatus , prodireuntq; Antwerpia ex officina Ioannis Loei , Anno 1551 . Verùm quia interpretis huius fidem in nonnullis suspectam habuit S V- R I V S , vtpotè mutilam ac imperfectam , idcirco ipse de suorum voluntate Su- priorum , accuratiore vsus interpretatio- ne , eodem denuò transtulit , ac Reuer. in Christo Patri D. Ioanni Volonis , Maioris Cartusie Præfecto , totiusq; Ordinis G E- NERALI dedicauit .

Cate-

Cæterū quandoquidem FLOREN- TIVS immaturâ morte abreptus , perficere non potuit quod animo instituerat , alteram videlicet partem , quæ ad vitam contemplatiuam pertineret , idcirco S V- R I V S operi auctarium quoddam adie- cit , dignum reuerà lectu , ac spiritu Chri- sti vbiique redolens . Impressit Surianam hanc interpretationem aliquoties Quen- telius , non minori suo cum lucro , quām emptoris profectu . Quando verò hic au- thor obierit , incertum habeo .

FLORENTIVS CARTVSIANVS , propè Leodium , Cœnobij sui Prior , scri- psit accuratè Christianam Institutionem , sic- uti habet vltima Posseuini Apparatus edi- tio , quę iam hoc mense Colonia typis Io- anis Gymnici cū auctario prodijt ; verum mihi in mentem venit suspicari eundem illum esse Florentium Batauum quem su- periùs posuimus .

F R A N C I S C V S de P V T E O , totius Ordinis Generalis xxxxi i. vir fuit præ- stanti equidem doctrina ac eloquentia , summa eruditione , & rerū agēdarum pru- dentia ; ita vt ambigi meritò queat , fuerit ne eruditior an eloquentior , doctior an sapientior . Q u o de Petrus Sutor , qui eadē Lib. 2. de vi- cum ipso vixit & state , huiuscmodi p fert ta Cart. irac. 3. cap. 7. pag. 32. testimoniū . Fuit inq; Iuris utriusq; Doctor 3. cap. 7. pag. 32. pra-

*Obiit in 1
iuri Cartusie
anno 1521.
Sept. 17.*

pra-

præstissimus, & tam diuinis quam humanis literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, promptus cœsilio, reb^o agendis aptus ac prouidus, & in praeterea iuris omnino detritus: ut potè qui duorum

Fuit Officia- Episcoporum, Valentia scilicet & Gratianopolitani annos multos Officialis extitit. Qui

Quinquege- narius Ord. Cartus. in- greditur,

Episcoporum, Valentia scilicet & Gratianopolitani annos multos Officialis extitit. Qui cum annum circiter quinquagesimum etatis ageret, omnia qua in mundo sunt, vana fluxaque prudenter animaduertens, ea pro Christi amore prorsus destituit, sacramq^z religionis habitum in maiori Cartusia (quam multis ante beneficijs afficerat) deuotè suscepit. Quem nihilominus Cartesianum effectum, Gratianopolitanus Antistes (cuius Officialis, Vicariusq^z undecim annos fuerat) tanto amore prosecutus est, ut quasdam possessiones, & eas quidem amplias, ut scilicet earum fructus quotannis perciperet quoad viueret, eidem adsignauerit. Cum autem horridum illum Cartusie locum paucos annos incoluisse, eius PRIOR est effectus. Cui grandi sarcinae diligenter respondere, atque

Ordinem prorsus in sua integritate conseruare satagens, se in omnibus sollicitum, Pastoremq^z pium studuit exhibere, suaque ouiculas dulciter souere; quas & paterno amore prosequitus, in pace ac tranquillitate regere sollicitus fuit. Quapropter ab eis & amari, atq^z honorari etiam promeruit. At quoniam Maioris Cartusie PRIOR, non tantum Domus illius, sed totius quoque Ordinis GENERALIS moder-

tor, Ordinis negotia curare habet, hic omnium curam strenue gesit, vt mirum videri queat, quo pacto unus tanta moliri potuerit, quanta ab eo effecta consciuntur. Si quidem, ut aliqua Est hec in tangamus, Domum illam SS. Stephani & Bruno Calabriæ sionis, in qua noster Princeps D. BRUNO fœta, in qua & lix migravit ad Christum, alienis manibus longissimo tempore occupatam (inhabitarunt obiit. enim eam Cistercienses ad annos circiter quadringentos, vii in fine vitæ D. B. R. V. Tom. 5. die NONIS apud Surium legitur) mira dili- 6. octob. gentia atque industria recuperare, Cartusianus Ordini aggregare & coniungere, ipso iuante, ut par erat, Ordine, studuit. Ipsius quoque diligentia B. Pater B. R. V. O., cui multa deuotione addictus erat, multis antea seculis Nempè à neglectus, in Sanctorum numerum per Aposto- Leone X anno 1514. vel licam Sedem repositus est. Domus insuper maiori sequenti. Cartusia fortuito incendio magna ex parte consumpta, longè melius quam antea fuerat, eius industria ac impensis Ordinis, instaurata est. Alia denique permulta, partim pro maiori Cartusia, partim pro toto Ordine decenter ab eo (opitulantibus Patribus, qui cum eo vicitarunt) effecit. Adeo ut magnoperè mirum sit, quo pacto animum ad scribendum appellere potuerit.

COMPOSIT namque ad imitationem Scripta eius. D. Thomæ Aquinatis, AVREAM CATHENAM super Psalmos. In qua expla- natio-

Rom. 9.

Vtilitas

Psalmorum
Davidicorū.

nationes Patrum Latinæ Ecclesiæ in Psalterium maxima diligentia, miroque artificio concinnauit. In cuius Proœmio auctor hæc de se ipso: *Cum flarem, inquit, in foro tota die ociosus, placuit ei qui quos vult vocat. Cui vult miseretur, & quem vult inducat, me à mariis huius fluctibus, ad portum monasterij euocare, &c.* Cumq; deinde sedererem in cella solus, volens quæ retrò sunt obliuisci, & ad ea quæ supra nos sunt mentis oculos erigere, cœpi in Rachelius amplexibus delectari: & pro eius connubio Domino seruire, & eius aures frequenti nunc lectione, nunc oratione (sunt namque hæc præcipua boni cellitæ exercitia) pulsare. Et quia huic rei vtili, scilicet lectioni, & deuota orationi, & ad captandam & imperandam Domini, pro tanto beneficio consequendo, benevolentiam & gratiam, præcaterū diuina sapientia libris mihi magis congruere visus est Davidicus Psalmorum liber: in quo totius sapientia & scientiarib; thesauri reconditissimæ sunt: in quo quicquid boni alibi quartatur, hic inuenitur. Prodijt hæc catheca Paritijs in folio, anno 1510. Scriptis etiam vitam D. Patris nostri BRUNONIS, quam deinde SVRIVS paraphrasticos reddidit. Similiter & Statuta ordinis Cartusiensis, tempore regiminis sui, An. 1510. Bahleæ apud Ioanem Amorbachium imprimi curauit. Denique innumeræ penè episto-

epistolas extemporaneas ad varios, Cartusianæ præsertim familiae alumnos, misit; quarum maiorem partem non dictando, sed propria manu exarando, incredibili laboris studio conscripsit. Fuit enim supra quam credipotest, inquit Sutor, labores patitissimus.

Alia autem eius scripta, si quæ sunt, ad manus nostras nequaquam peruenire. Tandem verò, postquam Maiorem Cartusiam prudenter admodum quæ scriptis, quæ vitæ sanctimonia annos duo deuiginati PRIOR rexisset, variisque ægredituribus longo tempore ante vitæ finem exercitus fuisset, rebus humanis fœliciter excessit, anno nimis 1510 vicesimo primo post mille quingentos, mense decimo septimo Septembr.

FRANCISCVS QVELEIN, Cenomanus, Savaragapla, hoc est, mortis descriptionem edidit Gandaui (inquit Sacro suo in Apparatu Posseuinus) apud Gerardum Salensem, Anno 1554. Vbi verò locorum vixerit, cuiusve Cartusianæ professus fuerit, aut quando hinc ad meliorem vitam emigrauerit, incomptum habeo.

FRANCISCVS cognomento Tale *Prefuit Cartusianus, Edamo, Batauię oppido oriūdus, vir fuit insigniter literatus, ac Louaniensis Dom. 1534.*
Cartu-

Cartusis Prior admodum industrius, floruitq; illuc anno Domini tricesimo quarto supra millesimum quingentesimum: quando nimurum generotissimæ ac virtutum splendore ornatissimæ Dominæ Mariæ Hamalæ, Marchionissæ Aerschotanæ, Guilielmi Croy viduæ, dedicauit committaria Dionysij Rikkelij in librum Iob, Thobiae, Judith, Hester, &c. impressa Coloniæ apud Perrum Quentelium anno 1534. præfixa insigni liminari epistola, ex qua veluti ex vngue leonem existimare licet, quantum stili elegancia valuerit, si quid ocij grauissimis suffurari occupationibus potuisset.

G.

GERARDVS N. Martinus ab Aspilcueta, Doctor Nauarrus in præclaro isto suo opere quod *de Oratione & Horis Canoniciis* conscripsit, subinde cum laude meminit GERARDI cuiusdam Cartusiani, citans illius *de Oratione* Tractatū. Verum ubi, & quando floruerit, reperire nusquam licuit.

GERARDVS BREDAVVS, patria domo Capel. Brabantus, tam viræ sanctimonia, quam eruditioinis laude floruit in per celebri illa Cartulia, quæ est apud Angianum, Hannoniae oppidum, vocaturq; *domus Capella*. De cu-

De cuius eximijs virtutum ornamentis consule a Bostium & b Dorlandum . Nos. a Cap. 33. b Lib. 7. enim vnico Sutoris contenti testimonio, cæteros hoc loco missos faciemus . Hæc Chron. cap. autem illius verba: c G E R A R D V S de c Lib. 2. vi. BREDA , multa sacrarum literarum erudi- te Carius. tione miradus, vita sanctimonia præclarus, dul- Tract. 3. cap. cis eloquio, sententijs plenus, tum ore tum cala- 7. pag. 377. mo cunctu opem ferre studuit . Singulos namque ut potuit, adhortatus est ad bene, grauiter, castigateq; viuendum, ad contemnda fragilis fortuna bona, ad virtutes amulandas, ad superna denique bona iugiter expetenda.

Scripsit verò (præter alia multa) vitam Scripta eius. Domini nostri IESV Christi insigni ritmo. De sacro quoque altaris Sacramento suauiter complura est modulatus . Nec non & super Psalmo sexagesimo septimo, qui incipit, Exurgat DE VS, & dissipentur inimici eius, nobilem edidit Tractatum . Porro alium quoque conscripsit librum, quem vocant, inquit Dorlandus, Beati misericordes. Quin & Ioannes Bunderius affirmat illum *de Religiosorum professione* nonnulla esse commentatum, nec non & *de septem Horis Canoniciis*, quæ manuscripta alibi adseruari ait.

GERARDVS HAMONTANVS pa- Diem clausit
tria Brabantus, vir tam pietate grauis, quā extreum in
eruditioñe insignis, triginta annorum spa- Cartusia Col.
an. 1536. se-
tio cundo Aug.

tio perpetua nominis sui cum laude COLONIENSIS praeftuit CARTVSIAE: succedens nimirum V. Patri PETRO LEDENSI, qui cum anno Domini 1536. spiritum creatori redderet, huic talem tantumque Virum, meruit habere successorem: Cuius equidem hortatu LAVRENTIVS SVRIVS, vir eterna memoria dignus, animum primò ad scribendum appulit. Quippe qui Patri huic HAMONTANO vt potè Superiori suo, à cuius imperio discedere nefas (monenti, vt Thauleri ac Ruisbroeckij opera Latiniš donaret auribus, quam libentissime morem gesit.

Cæterū volens præfatus Pater HAMONTANVS etiā ipse pietatis eruditissimè aliquod specimen edere, ac tanti momenti authores orbi Christiano commendare, præfixit tam Ruisbroechio quam etiam Thaulero epistolam Dedicatorm; castæ sancè latinitatis. In qua-

a Est epistola ad R. P. Joannem, Maioris Car. Ruisbroeckij. Eccle. 17. 12. rem literariam plenissimo zelo, testatur. a Nos la pro nostra exiguitate in cōmune omnibus cōfusa. lere cupientes, sicut & ex eterna charitatis debito obligamur (vnicuique enim Deus man- rem, præfixa davit de proximo suo) iam aliquot annis operibus studiosè operæ dedimus diuersis, usque nō con- temnendis, euulgāndis authoribus. Inter quos ante aliquot annos etiam D. IOANNIS THAV-

THAVERI, insignis Theologi, opera Latinè conuersa, & ex vetustu germanicis codicibus diligenter castigata, edidimus: ut haberent pīc oēs, maximè qui ad perfectiora, & vita contemplatiua studia adspicant, quibus q̄ optimè instituerentur, ad eaq̄ se cōtendat in struclti & expediti redderentur. Porro idem quoq; HAMONTANVS opuscula quedā insigniora P. DIONYSII RICKELII in vnu cōgesta volumē, ac magno studio iudicioq; selecta, R. mo in Christo Patri, simul ac clarissimo Principi, D. Ioanni Gebhardo, Coloniensi Archiepisc. anno Dñi 1559. dedicauit; impressa nimirū Agrippinæ apud Ioannem Birckmannū iuniorē, spectabili typo, atque in forma folij. Quæ, quia omni cōuenient statui, idcirco operæ pretium foret, plurimorum teri manibus. Sunt .n. tribus distincta classib⁹, quarū prior ea cōpleteatur q̄ speciatim ad Clerū pertinent, suntq;

1. De regulis & doctrina Christianorū, Lib. 1.
2. De vita & regimine Praefulum, Lib. 1.
3. De vita & regimine Archidiaconorū, Lib. 1.
4. De vita Canonorum, Lib. 1.
5. Contra pluritatem beneficiorum, Lib. duo. hoc potissimum quo, quando nimirum tam atrociter detestandū Simoniaca labis vi- tium Christianū inuasit ouile, utilissimi: maximè si sequentes, qui propriè huic de seruiunt rei, hisceadiungantur, scilicet;

6. *De Simonia, Lib. 11.*
7. *Contra ambitionis pestem, Lib. 1.*
8. *De vita & regimine Curatorum, seu Parochorum, Lib. 1.*
9. *De doctrina Scholarium, vel Scholasticon, Lib. 1.*
Altera classis ea habet, quæ ad vitæ Monasticæ professores præcipue spechtant, nempe:
1. *Exhortatorium Novitiorum, per modum Dialogi.*
2. *De professione Monastica, Liber 1.*
3. *De reformatione Claustralium, vel Monachorum, Lib. 1.*
4. *De reformatione Monialium Dialogus.*
5. *De vita Inclusarum, Lib. 1.*
6. *De via purgatiua, Lib. 1.*
7. *De laude vitæ Solitarie, Lib. 1.*
8. *De vita & fine Solitarij, Lib. 1.*
9. *De praconio, sive laude Ordinis Cartusiensis, Lib. 1.*
10. *De remedj stentationum, Lib. 1.*
Tertia classis ea continet, quæ Seculares Laicosque concernunt, vt potè.
1. *De vita & regimine Principum, Lib. 3.*
2. *Epistola Parenatica ad Imperatorem Romanorum & Principes, de bello Turcis inferendo, &c.*
3. *De vita & regimine Principissæ, seu Principissæmine, Dialogus.*

4. *De vita & regimine Nobilium.*
5. *De regimine Politiae, Lib. 1.*
6. *De vita & regimine Militum, Lib. 1.*
7. *De statu vita Virginalis.*
8. *De laudabili Viduarum vita, Lib. 1.*
9. *Aduersus auaritiam, epistola ad quandam Viduam.*
10. *De laudabili coniugatorum conuersatione ac statu.*
11. *De iusto rerum pretio, Dialogus.*
12. *I E S V & Pueri, Dialogus.*
13. *I E S V & Senis, Dialogus.*

Hæc ergo sunt quæ accepta referre debemus huic quam optimo Patri: qui etsi Rhenanæ Prouinciae Visitatorem, Coloniensisque Cartufiæ ad annos plurimos Priorem ageret, non cessavit tamen de re literaria præclarè mereri. Quin immò, cum auditione perciperet oculisque suis conspiceret, quam strenuè in vinea Domini laborare inciperent Patres Societas I E S V , eos & opibus largiter fouit, & quantum in se fouit, etiam alijs Magnatibus Principibusq; commendare studuit. Liquet id manifestè ex commemorata superius Epiltola ad Reuerendiss. Colonensium Antistitem D. Gebhardum ; nō quidem apostamat illum Truchsesium , sed virum tali officio dignissimum, ac rebus præclarè gestis celeberrimū, quem hisce

*Commenda-
tio ac feni-
tia Cartusie
Colon. de lau-
dabili Pa-
tron. uit eos Tua Celsitudo. Siquidem fructus quo^s i^j
I E S V in Colonia, socij^g eorum in Indianu terris remo-
stutio.*

alloquitur verbis. Ecce commodum Celsitu-
dini Tua copias auxiliares misit Deus, homi-
num certe pietate atque eruditione praestantiu-,
qui vocatur de Societate nominis I E S V. No-
strum Societ. in Colonia, socij^g eorum in Indianu terris remo-
stutio. tissimis, & regnis amplissimis, hactenus nostro.
Orbi incognitis, multu quoque Europa locis in-
credibiles faciunt, adeo sunt testati & illustres,
vt qui in eis caliginem suo mendacio offundere
velit, ipsum se potius de honestet. Parum à Cle-
ricis habitu discrepat, sed multum discrepant
professione. Institutum eorum hic maximè spe-
ctat, vt iuuentutem in scholis, & populum in
concionibus publicis, priuatisque confessionibus,
omnesq^j illos, qui se eorum disciplina tradunt,
in omni pietate quam optimè instituant. Hæc
quidem ille; neq; aliter discipulus ac sub-
ditus eius P. LAURENTIUS SVRIUS in
Commentario suo rerum in Orbi gestar-
rum, ad finem anni 1540. & alibi passim.
Quin imò hanc propensi animi sui erga

*Prodierunt
Colonia in
officina Bir-
ckmannica,
anno 1556.*

SOCIETATEM benevolentiam, etiā pu-
blicis literarum monumentis nostra hæc
contesta est Cartusia, cùm nimirū Hen-
rici Harphij opera publico bono in lucē
datura, R. Patrem IGNATIVM LOIO-
LAM vna cum filijs suis omnibus, operis
voluit esse Patronum.

C A E T E R U M vt vnde digressa est il-
luc

luc redéat oratio, crediderim à Patre HA-
MONTANO etiā in lucem editum libellū
illum, qui inscribitur, HOR TVLVS deu-
tationis, varijs orationū, piorumq^j exercitiorum,
qua mentē in Deū rapiunt, floribus per amēnus,
impressus Coloniz apud Iasparem Géne-
pœum, anno 1541. Cuius quidem opusculū
quandoquidem fragmenta quædam pro-
pria huius Patris manu exarata penes me
habeo, idcirco ipsum illius esse authorem
crediderim. Discessit verò è vita an. Dñi
sexagesimo sexto suprà sesquimillesimū,
4. Non. Aug. Cuius obitus haud exiguum
Cartusia Colonensi (q per annos ter de-
nos prudētissimè rexit) cladē attulit. Quòd
enim is melius de pauperibus mereri stu-
debat, ijsq; largioris impari eleemosy-
nas, eò cumulatiora accedebant Conuen-
tu bona. Quin & præcipuus fuit Deipare
Virginis cultor & amator: cui vt Ros A-
RIVM affectuosius piorum hominū in-
culcatet animis, suis qurauit imprimi im-
pensis EXERCITIA QVAEDAM VAL-
DE PIA ET SALVTIFERA, DE PSAL-
TERIO GLORIOSÆ VIRGINIS MA-
RIAЕ; ad quorum calcem hanc subiungit
protestationem. Pramissa omnia sicuti ego F.
GERARDVS, Prior Cartusia Colonensis, par-
tim ex scriptis SS. Patrū qui interna vñctio &
santitate vita claruerūt, partim ex literis Apo-
stoli-

stolicis, alijsq; documentis omni fide digna compere: ita purè absq; vlla sensus mutatione (teste summo iudice) proximis meis communicare curauit. Nihil enim in eo studiis, nisi honorem Dei, & illorum quærens salutem.

GERARDVS STAEL, senior professor Cartusiæ Coloniensis, scripsit nonnulla de *Missa expositione*, ac dubijs circa eandem occurribus, quæ etiamnum manuscripta illic adseruatur. Vixit ante annos circiter centum, vti mea fert opinio.

*Obiit sub Eu-
genio 4. anno
nimirū Do-
mini, M.
cccc.
XLIII.*

GERARDVS STREDAMIVS, siue de Stredam, vel vt Bostius legit Schedam, natione Bataeus, diuersarum olim Cartusiæ Prior, nempè Sylva S. Martini in Flandria, ac domus montis S. Gertrudis in Hollandia, postmodum verò ad Eburones est translatus, ac celebri Leodicensi Cartusiæ præfectus. Vbi adeò insigne pietatis specimen apud omnes edidit, vt & foris esset clarus, & domi admirandus; neq; rebus exteris magis cōmandandus, quam institutis domesticis. Scripsit autē præclara quædam opuscula, ex quibus Trithemius & Bostius hæc enumerat.

1. *De cura Pastorali, Lib. I.*
2. *De septem Sacramentis, Lib. I.*
3. *Dialogus de virtutibus, Lib. I.*
4. *Dialogus de ritujs, Lib. I.*
5. *Sermones de tempore, & Sanctis.*

6. *De*

6. *De decem Præceptis, Lib. I.*

7. *Speculum Religiosorum, Lib. I.*

Quorum pleraque manuscripta Lugduni Batauorum adseruari, auctor est Molanus: opus verò *de septem Sacramentis* Alofti in Flandria apud VVilhelmitas reperi- riait. Cæterū obiit hic auctor anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio.

GHISBERTVS BLOCHOVIVS, *Vixit anno Traiectensis*, scripsit Apologiam breuius- culam pro opusculis P. Petri Leidenfis, quæ reperitur ad calcem operis *de bonitate Diuina*: in cuius commendationem octastichon præfixit, ita incipiens;

Qui cupis atherei bonitatem nosse parentis,

Hunc librum digitis sapè reueluet tuis.

Vixit autem in Cartusia Colonensi anno Domini millesimo quingentesimo tricесimo septimo: verum an veluti hospes, seu professus, me latet.

GHISBERTVS BOVHVISSIVS pa- Praefit etiā- tria Antwerpensis, professione verò Lo- num Cartu- uanensis, atque ex PRIORE Bruxellensi, si Brugensi Brugensis Cartusiæ Moderator effectus, in Flandria. trāstulit dum adhuc cupitis Rachelis va- caret amplexibus, Belgico idiomate opus- culum R. P. LVCAE PINELLI *de per- fectione Religiosa*, quod Antwerpiae anno 1605. prodidit in octauo: latina verò edi-

G 5 *tio Co-*

tio Coloniæ est impressa in 12. apud Bal-
thasarum Clypeum, anno 1602.

*Floruit Pa-
risijs anno
M.D. L.*

*Prodijt hoc
opus etiam
Parisijs apud
Carolā Guld-
lardi m. 8. cū
Prefacione
ipius aucto-
rii, idque
anno 1551.*

Prodiit hoc opus etiam Parisijs apud Carolā Guldardi m. 8. cū Prefacione ipius auctori, idque anno 1551. ex vetustis Cartusianę bibliothecę monu-
mentis volumen sanè aureū, & dignum quod ab omnibus diuinariū literarum studiois magnâ cum veneratione excipiatur; sed sine auctoris, vel collectoris nomine. In quo sunt allegoriae simul ac tropologiae in utriusque Testamenti locos, accurato iudicio selectae, atque in ordinem sacro-
rum voluminum concinnè digeste, è monu-
mentis nimirum triginta & vnius au-
thorum. Quorum nomina & cognomi-
na per ordinem Alphabeti collecta,
hęc sunt.

- | | |
|------------------------|-----------------------------------|
| 1. Adam de Persenia. | 10. Ermaldus. |
| 2. Ailredus. | 11. Galfridus. |
| 3. Aithardus. | 12. Gilbertus. |
| 4. Baldinus. | 13. Gregorius. |
| 5. Bernardus | 14. Guiliel. de Cailloc. |
| 6. Bruno. | 15. Guilielmus de S.
Theodoro. |
| 7. Casianus. | |
| 8. Canticasine titulo. | 16. Hildebertus. |
| 9. Drogō. | 17. Hugo Victorin. |
| | 18. Hugo |

- | | |
|-----------------------|-------------------------|
| 18. Hugo de Foilleto. | 26. Petrus Cantor. |
| 19. Isaac. | 27. Radulfus. |
| 20. Odo de Morim. | 28. Richardus Victorin. |
| 21. Ode Tusculanus. | nus. |
| 22. Othmarus Luscini. | 29. Sello. |
| 23. Petrus Rauennas. | 30. Stephanus Cantua- |
| 24. Petrus Damianus. | riens. |
| 25. Petrus Lombardus. | 31. Verricus. |

Operis verò initium. Richardus de S. Victore. Quomodo prima mundi creatio morali-
ter agatur in nobis. Prodijt Parisijs in fo-
lio, & deinde ibidem etiam in 8. anno
Domi. M. D. L. Idem quoque Tilman-
nus Theodori Presbyteri Isagogen in
quinque libellos Anastasij Patriarchę An-
tiocheni, è Græco in Latinum transtulit.
Quorum primus est de rectis fidei nostrę
dogmatibus. Secundus, de incircumscrip-
ta Dei essentia. Tertius, de diuina dispēfatio-
ne incarnationis. Quartus, de Passione, &
impassibilitate Christi. Quintus, de resur-
rectione. Sed & è Græco Latinę reddidit
*Antiochi Pandectas sacra Scriptura, Lutetiaz
Parisiorum, an. 1543.* Et Flauij Josephi vi-
tam, quæ & ibidē prodijtan. 1548. cūm bi-
ennio ante Michaelis Syngeli, Hierosoly-
mitanę Ecclesię presbyteri encomiū in
D. Dionysiu Areopagitam ibidē versum,
in lucē prulisset. Quin & tres libros Ioannis
Damasceni, aduersus eos qui piarū imagi-
num

num traducunt cultum, latinos è græco reddidit, impressos nimirum *Antverpiæ apud Stelium, anno 1556.* Similiter & quædam B. Basili⁹ Nazianzeni, nec non & *Chrysostomi*, aliorumq; Græcorum Patrū scripta latinis auribus dedit, ut potè exercitissimus in ista palæstra miles. Cuius idcirco manibus (obijisse namq; dicitur anno Domini 1562.) docti omnes benè precari non desinunt.

Prefuit Car-
tuſie Ganda-
uenſi anno
1417.

G o s v v i n v s de Becka circa annum Domini millesimum quadragesimum decimum septimum Gādau, in domo professionis Prior institutus, tanta cum laude suis præfuit, ut postea ad maiora proueſtus, Cartuſie Diuionensi præfici mereetur. Erat autē ante Ordinis ingressum Iuris vtriusq; Doctor perquam eximius, prudentia, auſtoritate, ac vitæ innocentia conspicuus. Fuit verò aliquamdiu Theutonicæ Visitator Prouinciac, librosq; aliquot nō ſolū in iure Canonico, ſed & Theologia valde inſignes edidit. Epiftolas quoque permultas, eruditioſis elegantiæque plenas conſcripsit, De cuius idcirco laudibus c Lib. 2. traſ. præclarum ferunt testimonium a Bostius, 3. c. 7. p. 568. b Dorlandus, ac c Sutorius.

a Cap. 19.
b Libr. 17.
Chron. c. 36.
c Libr. 2. traſ.

G o s v v i n v s N. Prior quondam Cartuſie Dieſtenſis, ob præclaras animi dotes, singularemque rerum agendarum pruden-

prudentiam, atq; eximiam eruditioñem in Episcopum Scalotensem electus, nihil à pristinæ vitæ instituto declinauit; quin potius memor vocationis ſuæ, non ſolū Ordinis habitum, cilicijque uſum ſemper retinuit, verum etiā ab omni carnium eſu nunquam non abſtinuit. Qui tamen amorem sanctæ ſolitudinis Episcopali infulæ præferens, abſoluī à tanto honoris fastigio ſummis imisq; precibus efflagitauit. Vnde ad optatū religionis portum postliminio reuersus, in ſenectute bona ſuos inter Cartuſianos quieuit. Quē Dorlandus libro octauo ſui Chronici refert, inter cætera ſcripſiſſe librum ſuper *Oratione Dominicæ*, nitidum nimirum, diſertum, elegantē: ſed quo anno hinc emigrauerit, haudquaquam prodiit.

G R E C O R I V S Reſchius cūm eſſet in- Floruit Fr̄- comparabili totius Philosophiæ natura- burgi Bris- lis, rationalis, ac moralis eruditione præ. 8014, anno ditus, atque vtriusq; Iuris Doctor cele- 1520. obiit verò anno berrimus, ipſiique adeo MAXIMILIANO 1525. Maij 9. inuictissimo ac prudentiſſimo Romano- rum Induperatori à Confessionibus, ſentiens tamen vanum eſſe ac eaducum quid- quid hic ſublunaris mundus ſuis adpro- mittit ſectatoribus, contemptis ac relictis omnibus, in Friburgensis Brisgoiæ Car- tuſia, diuini numinis fefe famulatui libens volens-

volensque addixit: saluberrimo hoc suo exemplo clamitans, ut si qui velint regnare cum Christo; oderint atirias suas in hoc mundo, tollantque eius crux.

Neque verò interim dubitandum, huic tanto viro obtulisse se multa, quæ sanctum eius propositum immutare, & blandis quibusdam sed planè mortiferis negotiis implicatum, eum in mundo retinere niterentur: sed fortius ut mortis dilectio, & illa sapientissimè animo considerata vita præsentis breuitas, & futuræ æternitas, illum tentationes & voluptates vitæ huiusq[ue]s, quas philosophus quidam blandissimas Dominas vocat, proterere ac superare fecit. Porro cùm etiamq[ue] esset Artium Magister, scripsit opus insigne, nempe Margaritam Philosophicam, studiosis omnibus & vtilem & iucundam: in qua præter variam eruditionem, multa quoque & frequēs sit significatio optimæ eius indolis, & cgregiæ erga Deum pietatis. Scripsit & librum de artificiali memoria. Factus autem Monachus, brevi tantum fecit in virtute profectum, ut primò quidem in Friburgensi Cartusiæ Priorē, nec multo post, in Prouinciæ Rhenanæ principalem Visitatorem institutus sit. Atque in utraque functione tantâ vsus est benignitate, moderatione, & prudentia anni compluribus, ut tantâ eius esset apud homines om-

nos omnes authoritas, ut si qua de re consultus fuisset, responsa eius quasi pro oraculis haberentur, satisque ponderis habere videretur, si responderi posset. Ipse dixit, ut olim de Pythagora solebant eius discipuli. Et magna quidem sunt hæc, sed in his omnibus semper se intra modestiæ & humilitatis metas diligentissime continuisse, id verò multò maximum est. Ipse quidem cuius ante meum minimus Imperator Maximilianus, in cå agitudine, qua & mortuus est, hunc virum præcipue voluit adesse sibi confessarium, cui interiores conscientiæ suæ latebras omnes explicaret. Cùm autem non esset præfens, missis aliquot equitibus, illum quām primum ad se aduolare iussit, visoque illo, exclamauit. *Hic est qui me ad cælos promouebit,* itatimque omnibus foras electis, illi confiteri cœpit. Tum ille ad Imperatorem: *Iam, inquit, Maximiliane, necesse est dignitatis & pompa omnis obliuisci, cogite iam non Imperatorem, sed Maximilianū iterum ad tribunal Christi: itaq[ue] facebat omnis elatio, &c.* Quod exemplum vtinam multi imitarentur, qui suis afferentationibus laetant & perdunt Reges, ac Principes. Prætereat idem Pater GREGORIUS Ordinis nostri Statuta adscriptis ad marginem concordantijs, mirifice illustrauit, utilissimoque

fimoque labore omnibus nostri propo-
siti fratribus mirè consuluit: quo in opere
præter alia perspicuè, relucet memoriaz
illius stupenda tenacitas. Impressa sunt
hæc *antiqua Cartusiensis Ordinis statuta Ba-*
silex, apud Ioannem Amorbachium anno
1510. in folio, vna cum insigni præfatione
huius Patris GREGORII Reischij ad R.
Patrem Franciscū de Puteo, totius Ordini-
nis Generalem integerrimum. Cæterùm
quāto in pretio Reischius sit habitus, pas-
sim apud præstatis eruditionis viros, con-
stat ex Ioannis Eckij verbis, gloriantis ni-
mirum de tanti viri familiaritate. Nam
Friburgi, inquit, anno 1502. *humanioribus va-*
cans studijs, sapè nonnihil suffuratus temporis,
R. P. GREGORIUM Reischium, in Cartusia
accedebam, auctorem Margarita Philosophicae,
& Mathematicam ab eo didici, & multa se-
cretioris Theologia. Amabat me vir optimus
plurimum, cùm videret me totum studijs dedi-
tum: vnde & frequens Patres illos Cartusianos
acceſsi, meq[ue] orationibus eorum commendau-
Hæc Eckius.

GUALTERVS HEYLTON, natione
Anglus, profellione verò Cartusianus, di-
uerlis literarum monumentis nomen suū
glorū Regi. polteritati cōmendauit. Inter quæ hæc po-
tissimū Postleuno ac Simlero cōmemo-
rantur.

I. De

1. *De utilitate religionis, Lib. 1.*
2. *De consolatione in tentationibus, Lib. 1.*
3. *Baculus contemplationis.*
4. *Scala spiritudis, Lib. 1.*
5. *De communī vita ad laicum, Lib. 1.*
6. *De Ascensionibus spiritualibus, Lib. 1.*
7. *Pro sacrificiis imaginibus, Lib. 1.*
8. *De idolo cordis, Lib. 1.*
9. *De Etslesistica Musica, Lib. 1.*
10. His addit Bunderius librum de remedijis
contra carnis tentationes, olim in ru-
beo clauſtro, & alibi ad seruari ſolitum
M. S.
11. Item, *de modo sancte viuendi*, Zutpha-
niæ apud Minores.
12. *De castitate, & munditia sacerdotū, Gan-*
daui apud Prædicatores: & in Isaacensi
Abbatia. Aiunt verò eum floruisse sub
Henrico VI. Anglorum Rege; licet
Cartusiam, in qua vixerit, non expri-
mant.

GVIDO de PINIS, professus Cartu-
fiæ Bononiensis, scripsit Tractatum fatis lia circa an-
prolixum *de electione PRIORIS*, aliaque ^{num Domini} 1427.
nonnulla, floruit verò anno millesimo
quadrageſimo vigesimo septimo Her-
bipolensis.

GVIDO de CASTRO, quem alij ta-
men GVIDONEM nominant, fuit Valē-
tinus. ^{Obiit non fi-}
^{ne sanctitatis}
^{opinione,}
^{Anno M. C.}

tinensis dicēcēsis, de quo ita Posseuinus:
GVIDO, *Cartusia Maioris V. PRIOR Generalis*, vir vita sanctitate celebris, qui anno 1135. viuebat, *B. Hugonis Gratianopolitani Episcopi vitam, ac de institutionibus Cartusianorum scriptis*. Diui autem Hieronymi, nimis scriptorum virtio depravatas Epistolās in ordinem redigit. Et in verbo **CVIGO**, idem Posseuinus ita ait; *Cvigo natione Gallus, patria Delphinis, Primaria Cartusie Quintus à B. BRVNONE Prefectus, cuius honorificat mētio in D. Bernardi Cistertiensis a vita, & ad quē extant eiusdem Bernardi epistola dūa (nempē vndeclima & duodecima) varias & graues scriptis meditationes. Quæ quidem nouissimè apud Plantinū anno millesimo quingentesimo octuagesimonono, in 12. vna cum Meditationibus D. Guilielmi, Abbatis S. Theodorici, Cluniacēsis Ordinis prodierunt. Subiungit etiam Posseuinus hunc **GVIGONEM** nostrum (sic enim legere malim, quod ipse in b epistola ad Innocentium II. ita se nominet, & non **GUIDONEM**) librum quendam de Contemplatione scripsisse, necdum in lucē editum, sed M. S. in maiori Cartusia etiamnum adseruatum.*

b Prefixa est vita s.
Hugo. Grat.
Tom. 2. Su-
rij, die 1.
Aprilis.

c Reperitur manuscrip-
ttm in Cartus.
Colon.

Porrò Bunderius huic **GUIDONI** aliud adscribens cognomen, *de Ponte eum nominat*, eiq; attribuit Tractatum de c Veritate

rate & Pace, necnon & de quatuor gradibus spiritualibus, aliaq; nonnulla. Cuius Tractatum de laude vita Solitaria, cū epistolis aliquot in vbiōrum Cartusia reperire licet. Quin & Cartusianorum Statuta (non enim ullam à S. BRVNONE Patriarcha suo, more aliorum aliquot religiosorum, certam accepere Regulam) in unum corpus pulchrè concinnauit, quod **ANTIQUA GVIDONIS** Statuta etiamnum vocatur. De cuius sc̄ilicet ad superos transiit, ita Sutorius; **d CVIGO**, inquit, quinquefimum atatu agens annum, conuersio[n]is Cartusie verd trigesimum, Prioratus sui vigesimum septimum, vel circiter, non sine SANCTITATIS OPINIONE spiritum Domino reddidit, anno Domini trigesimo septimo supra millesimum centesimum; ab inchoatione verd ordinis tertio & quinquefimo. Hec ille: plura verò de hoc beatissimo Viro si quis scire desideret, e Bostium, f Dorlandum, ac g pag 59. de Sutorem adeat.

* **Guilielmus Abselivs**, Bredanus, ex professo Domus Capellæ, electus est Brugensiū Prior; vir nimirū tam generis nobilitate, quam literarū monumētis præclarus: adeo vt mirari meritō liceat, nec Trithemiū, qui tamen isto vixit seculo, nec cæterorum quempiam ullam illius mentionem facere, præter vnicum a Bo

e cap 20.

f Libr. 4.

chron. c 3.

g pag 59. de

vita Cartus.

Obiit anno

Domi 1471.

* aliis Guili-

termis.

b Libr. 7. stium, ex quo sua mutuatus est *b* Dorlan-
cbran. c. 28. dus, haud dubio etiam ipse alioquin tac-
turus.

Porrò quas Bostius illi lucubratio-
nes adscribit, hæ sunt: *inter alia*, inquit,
complura Tractatum elegansimum ad sem-
per candidam cœli Reginam more cōdidi or-
torio Hugoni quoque de Vercondo, Traiecten-
si, Monacho vallis gratia dicauit opusculum de
vera pace. Insuper ad charissimum sibi Priorem
Carmelitarum propè Angiam, scriptit Tracta-
tum super Oratione Dominicæ, carmine ele-
ganti. Sed & epistolarum elegansimarum
complures conscripsit libros. Quorum unius est
ad Christo dicatam Virginem genere, moribus,
ac literatura per insignem Mariam de Os, chari-
ssimam sibi ex sorore neptem, atque apud Te-
neramundanos Birgittanarum Virginum Ab-
batissam. Cui etiam alia nonnulla dedicauit
opera. Scriptit etiam speculum, & de officio
Martha, nec non & Dialogum quendam lectu-
iucundum, vbi ipse veluti Pater liliam spirita-
lem de multis perbellè instruit. Sunt & alia
insuper tam prosa quam carmine ab eo-
dem elaborata, quæ ex hominum memo-
ria temporis iniuria sustulit. Porrò ipse
cum annos admodum quadraginta in sa-
cro Cartusiensi ordine laudabiliter exples-
set, tādem viuere desijt, anno post natum
Christum primo & septuagesimo supra
mille-

millesimum quadringentesimum: quan-
do nimirum & ipse DIONYSIUS RIC-
KELIVS viuendi quoque finem fecit, vel
potius in cœlum (quod sperare licet) trāf-
latus, viuere incepit.

GVLIELMVS BIBAVCVS patria *Vixit Gas-*
Tiletanus, ac professus vallis regalis pro-
pè Gandavum, ibidem circa annum Do-
mini millesimum quingentesimum diui-
no se se mancipauit obsequio, qui post
modum ob insignem virtutis ac pruden-
tiaz opinionem, ad Prioratum domus Hol-
landiæ, propè montem S. Gertrudis fuit
assumptus. Vir nimirum talis, vt ignores
quid in eo primum admirari debeas, insig-
gnemne ac raram eruditio[n]em, an eximiam
vitæ sanctimoniam. Vnde & anno Domini

1521. in totius Ordinis Generalem est
electus, ac idoneus iudicatus, qui in illo
amplissimæ dignitatis munere succede-
ret doctissimo illi viro, FRANCISCUS de
Puteo; viro inquam vti alijs doctrinæ ge-
neribus excellenti, ita Iuris utriusq[ue]; Con-
sultissimo. Cæterum quanta doctrina ac
pietate eloquentiaque & tam verborum
ornatu ac splendore, quam rerum ponde-
re inter sui temporis scriptores præstite-
rit hic BIBAVCVS, Oratione, eius & Con-
ciones Capitulares de vita spiritualis pro-
fectu conscriptæ, que in singulis penè Or-

anno M. D.
XXXV. 14
Italij.

dinis domibus omnium manibus teruntur, plenissimè testantur. De cuius virtutibus plura e quidem haud vulgaria possent referri, si extaret historia, quam de eius vita morumque conuersatione conscripsisse dicitur illius & synchronus & vernaculus, Leuinus Ammonius, eiusdem Gandavensis domus professus. Quam equidem vitam mirum non est Gandavi haud quaquam reperiri, cum horum temporum iniuria ac saevi Martis infania pleraque literarum monumenta in ipsis Flandriæ partibus deperierint; maximè cum Gandense Cartuhanorum cenobiū anno Dñi 1577. funditus sit euersum. Nisi forte exemplar aliquod exstet in alma matre Cartusia, ad quam plerique (vti suis ad me literis V. Pater Arnoldus Hauensius, qui istic rerum potitur, perscripsit) transmissum fuisse opinantur. Vnde fit, quod præter tanti viri sermones Capitulares, typis excusos, ne tenue quidem vita ipsius vestigium præfato in loco cernere licet. Interim tamen commemoratu dignum, qua occasione se Ordini cœperit addicere. Gandavi quippe ludum literarium cum appeararet, & quodam die disciplinæ semina in suorum auditorum animos iaceret, subito flamma, fulgoris instar in schola emisit, quæ frequenter huc illucque se vivens,

*Gandavenis
Cartusia de-
structa anno
Dom. 1577.*

brans, per omnes auditorij angulos deserviuit, ac postrem ipsum percussura, ita exterruit, vt votum animo conciperet, se, si incolumis euaderet, Cartusianum fore. Vnde instar B. Pauli diuinitus vocatus, ad melioris vitæ semitam, veluti manu effunditus. Porro quamdiu Ordini universo summa cum laude praefuerit, ac quotus Generalium fuerit, diximus quartio nostrarum ad Chronicon Dorlandi

NOTARVM libro: vbi omnes, ac singulos Ordinis ANTISTITES, ex ordine percensuimus.

Interim vero Patri Guilielmo, non nemo hocce cecinit Epitaphium:

Occidit erexit terris, GUILIELME BIAVCE,

Maxima Cartusia flenda ruina domus.

Heu subiti rerum lapsus, heu Parca superba,

Quæ citius Patres sternit vbiq[ue] pios.

Hic vir erat spirans sincero pectore Christum,

Incumbens studijs nocte dieq[ue] sacris.

Historias sanctas, arcanaq[ue] scripta legebat,

Pertusus mundi, cœlica semper amans.

Nec tamen hoc studium, pietas aut obstatit iste,

Neficeret iuris mors truculenta tui.

Dena sua vita numerarat lustra peracte,

Hoc sua cum tegeret membra caducaloco.

Nam mens quatantum spectauit, ad astra

volavit,

Inq^o tuo recubat Christe benigne sinu:
Vtq^o tuum quondam nobis nomenq^o, decusq^o,
Sic nunc Angelicis pradicat illa chorus.
Obiit in maiori Cartufia anno Do-
mini 1533. 24. Iulij.

Vixit in Bra-
dantia circa
patria Alotthanus, atque Antwerpianus
Cartusia (hæc aut circa Caroli V. Impera-
toris tempora Liram est translatæ) alum-
nus, scripsit piarum Enchiridion precatiōnū,
ex Veteri iuxta ac Nouo Testamento de-
sumptarum: adiūctis nonnullis iconibus,
quod & alio nomine pomarium Orationum
nuncupatur. Præfixit etiam disticha non-
nulla Viale animæ, anno Domini 1533. Ant-
werpia apud Martinum Cæfarem in 16.
impressa, aliaque nonnulla ad rem metri-
cam facientia.

Vixit circa
anno Dom.
M. cccc.
XXIX.
GVLIELMVS HILACENSIS. Huius
meminere Posseuinus & Simlerus, vter-
que suæ in Bibliotheca, dicuntque plus
quam triginta Sermones eum in orationem
Dominicam conscripsisse, licet neuter illo-
rum, cuius familiae fuerit, meminerit. Vnde
ego HERBIPOLENSIV M. fultus te-
stimonio, tam diu inter nostros eū collo-
co, donec edocetus aliter fuero. Feruntur
autem Sermones illi, quos super oratio-
ne Dominicæ conscripsit, impressi anno
millefimo quadringentesimo septimo, et-
si de

si de auctoris vel vita vel morte, negry
quidem.

GVLIELMVS de HYPOREGIA, co-
gnomento CRASSVS, quem non nemo quando vñ
Guillermum nominat, fuit in omni scienti-
iarum genere egregie versatus, quippe
qui in Dominicanorū Patrum familiam
adscitus, annos circiter triginta, quæ do-
cendo qua prædicando strenuam illic na-
uauit operam. Inde verò ad CARTUSIA-
NORVM cōfugiens castra, trium & virgin-
tiannorum decursu vitam solitariam ita
est amplexus, vt etiam scribendo pluri-
num posteris prodeisset, maximè verò re-
ligiosis. Conscriptis enim haud aspernā-
dæ eruditiois opus de origine & veritate
perfecta religionis, cuius initium auspicatur
ab ipsa Prouerbiorum sententia: verita-
tem meditabitur guttur meum, & labia mea
testabuntur impium. Item, in defensione Car-
tusianæ religionis Tractatum quendam edi-
dit: quorum vtrumq; M. S. in Colonien-
sis Cartusiæ Bibliotheca reperire licet; sed
quando auctor in viuis fuerit, non ita.

GVLIELMVS LVDTLINCTON, obiisse fer-
mentatione Anglus, vir tum cōfessionis glo-
ria, tum integerimæ vitæ conuersatione
inter primos eximius, Philosophia iuxta
ac S. Theologia præceptis egregie imbi-
tus, opus quoddam edidit Theologicum tam
H. 5 vtile,

vtile, quām necessarium; eo nimirum anno, quo Cartusia extra muros Mogūtinōs (accidisse aut hoc anno M. C C C. V I I I: te-
a In Chrono-
eo Spanhe-
mēsi, impref-
so Francof.
in fol. anno
1601.
 stis est *a Trithem.*) à Petro Archipræfule fabricari cœpta est. Conscriptissime etiā præterea dicitur, *in Matthæ Euangeliū cōmentarios* haud vulgares; nec non & *Sermones aliquot de Sancto*: quorum equidem omnium & sine literulam quidem hisce viderim oculis, Patrū tamen Herbipolensiū literis instructus, hunc ei locū nostra hāc *Cartusiana Bibliotheca*, adsignauimus. Qui ijdem etiam diem obitus illi adscribunt, nempè annum post Christum natum M. C C C. I X. Hos ergo penes fides esto; maximè quando nec Trithemius, nec Eisen greinius, neque etiam ipse Possevinus, vilam nobis rei huius cognitionem præbent, aut face præludent.

Obiit in Frä-
tia anno M.
CCCC. II.
 GVLIELMVS RAINALDI, alias REI NALDI, 24. Cartusianæ familie GEN E RAL I S, pietate, scinetia, moribus, alijs que virtutibus huiuscemodi Prælato dignis, insigniter excultus, in tanta fuit apud oēs existimatiōe, vt ei vlrō cardinalitius galerus sit oblatus, quem tamen insigni cū animi demissiōe recusans, maluit abiectus esse in domo Dei sui, illicq; poti⁹ cilicina veste vti, q̄ purpurea. Quin & in elec̄tione Summi Pontificis vndecim Cardinaliū habuisse

habuisse suffragia, plurimorū est sentētia. Necabnuit vel *a Sutorius*, vel *b Dorlādus*: a Lib. 2. vñ
te Carius
tract. 3. c. 7.
 quorum hic præclara aliquot humilitatis exempla de hoc B. Patre cōmemorat. Por- pag. 564.
 rò eius industria ac sollicitudine, prima- b Libr. 4.
 ria Cartusianæ familie domus, *in Gratia-* Chron. c 24.
nopolitana diœcesi cōstituta, cū fortui-
 to quodam incendio ingentē cladem el-
 fet cōsecuta, atq; in cinerem quodāmodo
 redacta, longè melius quā antē fuerat, re-
 staaurata est. In qua & 35. annorum spatio
 inculpatè viuens, totius Ordinis habenas
 non minus strenuè quām prudenter mo-
 deratus est.

Scriptis autem, eximio iustitiæ zelo in- Scripta eiusdem
 flammatus, *varias ad diuersos Principes epi-*
stolas, quibus diuinarum vrens testimonij
Scripturarum, egregiè eosdem ad iustitiæ
studium exhortatur. Q[uod] in & ex cōpluri-
 bus diuersorum Generalium Capitulo-
 rum decretis, *nouum quoddam Statuto-*
rum corpus accuratè concinnauit: quod et-
 iam anno Domini M. C C C. L X V I I I.
 Generalis Capituli consensu Ordini uni-
 uerso commendatum fuit. De alijs verò
 eiusdem doctissimi Viri scriptis, nihil ad
 nostri xui memoriam peruenit. Migravit
 aut ad Dominū, anno reparatæ salutis M.
 C C C. II. die 5. mens. Iunij; de quo & in
 Notas nostris ad Dorlādi Chron. latiūs.

Vixit in Frā-
conia, anno
Dominī M.
cccc. LX.

HAM'MANVS de RUDISHEIM,
alumnus, ac PRAEFECTVS Cartu-
ha Herbipolensis, Franconiaeque Visitato-
r Prouinciae, circa annum Domini M.
CCCC. LXVIII. vir fuit admodum
religiosus, ac regularis disciplinæ zelator
eximius; & quia totus fermè in diuinis ab-
sorptus, vni Deo semper intēdens, minor
ei cura fuit rerum temporalium, hinc quā
affidus fuerit in meditatione Passionis
Dominicæ, testatur meditationes admodum
denota, vita ac necis Salvatoris Dñi nostri
Iesu Christi, item resurrectionis, ascen-
sionis, &c. ab eo conscriptæ, & articulis
certis distributæ. Qui quidem Tractatus,
tres potissimum partes cōpletebitur: qua-
rum: prima articulos habet quatuor; secon-
da, septem; tertia, octo. Si quid præterea
scriperit, me latet.

Obijt secun-
dam Tribu-
mij senten-
tiā, anno
1487.
a Lib. 2. vi-
te Carij.
Tract. 3. cap.
6. pag. 577.
HENRICVS ARNOLDI, Saxonice
nationis, ac magnæ existimationis vir fuit.
Cuius virtutes noster commemoratis Su-
torius, a dicit eum fuisse ingenio clarum,
eloquio dulcem, moribus grauem, con-
uersatione laudabilem, atque in diuinar-
um cognitione literarum apprimè exer-
citatum. Qui postquam officio Notaria-
tūs in Basiliensi Concilio adeo prudenter
perfunditus esset, vt cōmuni Patrum sen-
tentia

tentia seruus prudens ac fidelis censere-
tur, omnia tamen vana fluxaque esse sapi-
enter animaduertens, vniuersa pro Chri-
sti amore despexit, & Cartusianam apud
Basilienenses solitudinem, vt potè tutiorem
salutis portum, delegit. In qua prior om-
nium suffragio renunciatus, non solum
laudabiliter suis præfuit, sed & otium in
tam graui negotio suffuratus, etiam poste-
ris pientissimis literarum suarum monu-
mentis egregiè consuluit. Quorum hæc
principia sunt.

1. *De conceptione immaculata Virginis Ma- Hec omnia
ria Tractat. 1. prodit Antwerpia in 4. An- Trithemius
no 1527.* illi adscrī-
bit.
2. *De nouitorum instruclione. Tractat. 1.*
3. *De commendatione charitatis. Tractat. 1.*
4. *De sancta humilitate, sub forma orationis.*
Tractat. 1.
5. *Iterum de humilitate.*
6. *Meditationes de vita Christi.*
7. *Concordantia Euangelistarum de Passione
Domini, Lib. 1.*
8. *Varia de diversis Sandi Orationes, Lib. 1.*
9. *Sermones plures, Lib. 1.*
10. *Historia de diversis Sanctis.*
11. *Dialogus triplex, unus scilicet inter IE-
SV M & Mariam, alter de exercitijs, ter-
tius de Cruce.*
12. *Item Chronicon Cartusia Basiliensis, quod
in con-*

in concinnandis singularum per Or-
bem Cartusiarum, non parum mihi
posset esse visui.

b Lib. 4. Bi-
bliotheca
Sanctæ. Cæterùm b Sixtus Senensis hunc aucto-
rem ait vixisse an. Dñi 1440. Trithemius
verò obiisse eum adserit an. 1487. sub
Friderico III, Romanorum Imperat.

HENRICVS de BALTEA. vide in ver-
bo Hugo de Palma.

HENRICVS BRVNONIS, vide Hen-
ricus de Piro.

HENRICVS COECKIVS dicitur fuis-
se Cartusianus, & scripsisse de Reformatio-
ne Monialium, teste Bunderio.

Obiit Brugis HENRICVS COESFELDIVS, quem
in Flandria, alij perperā de Consueldia cognominant,
anno 1410. VVestphalica fuit ditione oriundus, vt
potè dicesi Monasteriensi. De quo non
solum Bostius, sed & Trithemius, Sutor,
Sixtus Senensis, alijq; passim recentiores.
Fuit verò Prior domus S. Mariæ propè
montem B. Gertrudis in Holládia, obiit
que in actu visitationis, dum officio suo
facturus fatus, Cartusiam adiret Brugen-
sem: illic namque piè in Domino obdormiuit;
Anno salutis humanæ decimo
post mille quadringtonos, septimo Idus
Iulii.

Reliquit insignia aliquot opera, Theo-
logis non minus quam religiosis haud
medio-

mediocriter profutura. Fuit namque
professione Scholaisticus. Vnde & subsequen-
tia edidit.

1. In Exodum mysticè.
 2. In Epistolam D. Pauli ad Romanos.
 3. a De tribus votis substantialibus.
 4. Contra vitium proprietatis.
 5. b De institutione Novitiorum.
 6. c De Sacramento altaris.
 7. De annunciatione Dominica.
 8. Eulogium Divi Pauli Heremita.
 9. d Sermones de tempore & Sancti.
 10. De tribus custodijs monasticis.
 11. De Sanctissimo altaris Sacramento, iterum.
 12. Circumcisiorum mysticum.
 13. Epistolas ad diuersos.
 14. Sermones Capitulares in precipuis festis.
 15. Insuper & Guilielmi Parisiæ Episc.
- arduum planè opus de e Vniuerso, mirâ, e In Cartu-
vta it Trithemius, industriâ perlustrans, sia Lirana.
breui compendio pulchre constrinxit.
- HENRICVS DISSENIVS, VVestpha- obiit in Car-
lus & ipse; quippe Osnaburgensis, ac Car-
tusia Colonensis professus, imo Sacrista,
& Propræfectus (Vicariū nominant) scri-
bendi non minus quam legendi plurimorū
annorum curriculo adeo studiosus pati-
ensque extitit, vt non solum multa San-
ctorum Patrum volumina in vsum huius
Domus manu sua exarauerit, verum etiâ
com-
- a Dicitur ad seruari Lo-
manij, apud Martinianos.
b Exitit in Cartusia Die-
stensi, Ant-
uerpiensi &
Gandauensi.
c Ibidem in prefatis Ca-
rthusiis, teſte
I. Bunderio.
d In Cartu-
sia Lirana,
& Brugensi.
- obit in Car-
tusia Colo-
nensi, anno
1484.

complures proprio marte Tomos (licet nunquam editos) composuerit: qui etiam penes nos adseruantur. Quorum hic equidem est Catalogus.

1. *Fasciculi sermonum Dominicantium, volumina quatuor*: omnia propria authoris manu.
2. *Viridarij in Psalterium volumina totidem.*
3. *Postille in Euangelia de Sanctis, duabus comprehensa voluminibus.*
4. *In Euangelia Dominicalia aliae atque aliae expositiones, quatuor libellis distincte.*
5. *Collationes tres de Praesentatione B. M. A. RIAE.*
6. *Collatio in Capitulo Generali de laude Ordinis Cartus.*
7. *Epistola quatuor ad Monachum tentatum.*
8. *Epistola ad Principem quendam N.*
9. *Quo pacto hereticorum fraudes deprehendi queant.*
10. *De multiplici bonorum verecundia.*
11. *Sermones de Sanctis.*
Homilia XL. in officium Rorate cceli.
12. *Consolationum in Cantica Canticorum volumina octo.*
13. *Sermones Capitulares.*
14. *Expositio in totum Missale.*
15. *Expositio Antiphonarij, tribus contectis libris.*
16. *Elucidatio nouem lectionum officij defunctorum.*

17. *In Symbolum Athanasij, & orationem Dominicam.*
18. *De Sacerdotij dignitate.*
19. *Expositio Apocalypsis B. Ioannis Evangelista.*
20. *Soliloquia quadam.*

Psalterium de {
 SS. Trinitate.
 B. Maria.
 Angelus.
 Omnibus Sanctis.
 Venerabili Sacramento.
 Pro defunctis.

21. *De XIII. mansionibus.*
22. *Sermo de Venerabili Sacramento, collectis ex dictis Sanctorum.*

Obiit autem plenus dierum in domo professionis sua, anno Domini 1484. postridie D. Catharinæ, Virginis iuxta ac Martyris: cui superi omnes pro labore suo benè faxint.

HENRICVS FRISO scripsit quod obiit anno dam Ordini nostri Chronicon; qui, qua in 1500. Cartusia vixerit, nūquam reperi. Quid in & de Novitiorum instructione tractatum quendam edidit, & alterum de Vita. Meminit auctoris huius Iacobus VVimphelingus in Epitome rerum Germanicarum cap. 52. Item Suffridus Petrus, Leovvardiensis in Tractatu de illistribus Frisiæ scriptoribus,

ribus, Coloniæ apud Maternum Cholium anno 1584.

Cæterū Anthonius Possevius dicit illum fatis cōcessisse anno Domini quingenfimo suprà millesimum.

Obiisse illum refert **Sutor** Theologæ Licentiatus, & Prior domus anno Domini Monachorum B. Mariæ, in Geldria propè **M.CCCC.** **XXVIII.** Arenacum (Arnhemium nunc dicunt) vir

fuit in diuinis interpretādis scripturis admodum eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus: vnde & plurima cōscripsit haud contemnendæ eruditionis volumina: maximè cùm antequā religioni se dederet, publicus diuersarū Academiarū Professor exriterit; Cōmentar⁹ est namq;

1. *In magistrum Sententiarum.*
2. *In Genesim.*
3. *In Exodum.*
4. *In Prouerbia Salomonis.*
5. *In Apocalypsin Ioannis.*
6. *Dialogum inter Episcopū & Presbyterum.*
7. *Sermones cōplices, ad populū olim habitos.*
8. *Regulas item ad noscēdum discrimen inter peccatum mortale & veniale, quæ vna cū B. Antonini opere, de eruditione Confessoriorum, excusa sunt, primò An. 1483.*

Sunt & alia quædam quæ huic Henrico nostro à Simlero & Possevius adscribuntur: nempè *Disceptationes cōtra Fratres*

men-

mendicantes, super immaculata cōcep̄ione B. Virg. Mariæ, necnō & *Theodorica Plantatarū*. verū credidcrim hæc poti⁹ adscribēda alteri isti HENRICO de Hassia, cognomēto Langenstein; quē Trithemius existimat VVormatiensis Ecclesiæ aliquando Canonicum extitisse, atq; è primis Viennensis Vniuersitatis plantatoribus. Fuit & tertius HENRICVS de Hassia, Ordinis D. Augustini, qui de Ecclesia clauib⁹ ac indulgentijs, nonnulla est commentatus. Vnde iicuti in æquiuocatione nominis nonnunquam ab auctoribus est erratum, ita & in adsignādo certo obitus die. Nam hūc nostrū obiisse Viennæ anno 1317. ibidemque sepultū (vti Eisengreinius vulg.) haud facile cōcessero. Quam obrem melius nobis arrideret sententia Trithemij, Sixti Señensis, ac Petri Sutoris; dicentiū illū vixisse, vel ex hac vita migrasse tūb Sigismundo Imperatore, anno nimirum incarnati Verbi M. CCCC. XXVIII.

HENRICVS KALKIENSIS, cognomento AEger, ex Cliviz Ducatu originem trahens, vir fuit non solum humanarum, sed & diuinarum rerum scientia apprimè instructus, vt potè Theologus Parisiensis, & ante Ordinis ingressum in Cæsaris Insula, vulgo Raifierschwert / & Coloniæ ad D. Georgium Canonicu-

*Obiit in Car-
tufia obloni-
ensi an. 1402.
ibidemq; et
iam est ha-
bitans.*

Cæterum in Cartusianorum Patrum numerum ascitus, pluribus Cartusijs succeſſiū ita præfuit, vt simul quoque prodefet; Fuit enim in rebus agendis induſtrius, arq; animo ſedatus, vnde factum, vt quisque eum ſibi in Superiorem depoſceret. Porrò quasnam Cartufias pius Pater aliquando adminiſtrauerit, quoſve in Ordine labores exantlauerit, ipſem et ad P. Ioannē Dotzium, Moguntinæ domus profeſſum, in quadam * epiftola hiſce teſta-
tur in Cartuſ. tur verbis: *Prirò quidem indignus fui PR I- Colon. M.S.*

O R in domo Arnhemienſi, per annos quinque. Poſtea veſtis & cector profui per totidem plus minus annos, domui Rur amundana. Inde verò P R I O R Coloniae septem annis. Denique Ar- gentina annu bis ſenis: ac per annos viginti Pro- uincia huius Viſitator. Quinquies inſuper fui Diſſimilior in Capitulo Generali, & ternos ibi- dem diuerſis temporibus Sermones ad Patres habui. Viſitans etiam uno anno Picardiam, Galliam, & Alemaniam inferiorē. Et aliquādo Viſitator Praga in Bohemia, & Brunna in Moravia, &c. Verum hiſce interim officijs occupationibusque non obſtātibus, non nulla ingenij ſui monumenta ad posteros transmiſit, ſuntque hæc potiſſimum.

- Adſeruantur pleraq; ma- nuscripta in Cartuſ. colō.*
1. *De ortu ac progressu Ordinis Cartuſiensis, nunquam typis promulgata.*
 2. *Loquagium de Rhetorica, Lib. 1.*

3. Can-

3. *Cantuagium de Musica, Lib. 1.*
4. *De continentij & distinctione scientia- rum.*
5. *Epiſtola varie ad diuersos.*
6. *Sermones Capitulares breues.*
7. *Scala ſpiritualis exercitiij per modū Ora- tionis.*
8. *De holocausto quotidiano ſpiritualis ex- ercitij.*
9. *Liber exhortationis ad Petrum quendam, Cartuſia Confluentinæ religiosum.*
10. *Pſalterium B. Virginis, 150. dictiones con- tinens.*
- II. *Modus faciendi collationes more Cartuſiano.*

Porrò Pſalterium illud, quod in lau- dem Chriſti feræ virginis MARIAE P. Henricus Kalkar conſcripsit, centum ni- mirum & quinquaginta dictionibus con- ſtant, illud eſt:

A V E Virgo Virginum, laus & lux iuſte- rum. Ad te clamat iugiter turba populorum. Nos à malis eripe, quos in via morum, detor- quere ſat agit tractus vitiorum.

A V E torrens gratia, torrens fontis viui; torrens de quo profluunt vberiatis viui: fac vt D E V M ſitiam magis quam ſuitui, qui per mun- di ſcelera currens circuitui.

A V E noſtrum gaudium, noſtra ſp̄es & vita: per quam ſunt remedia agris impartiata. Gene-

*galem generis sortem non oblitera, ad eternam p-
bulum vita nos inuita.*

A V E fons clemētiae, veniaq; vena, per quam
nobis redditur vita cantilena. A peccato libera
nos, & ab eius pœna, ad eternam patriam perduc
nos amara.

A V E nostri generis parens & patrona, su-
pra cunctos possidens gratiarum bona: Tuis san-
ctis precibus meritusq; dona, ne mens nostra soli-
lito sit in malum prona.

A V E virgo, suscipe mentis in conclavi ver-
ba, quibus veniam toties rogaui; Et auditio sa-
pius A V E tam suau, fac me quæso, Domina,
procul à V AE graui.

F I N I S.

Offero verba tibi ter quinquaginta MARIA,
Hoc breve Psalterium suscipe Virgopia.

VENIT autem ad Ordinem anno eta-
tis 37. in quo vixit annos 43. Quippè, qui
obijt ætate octogenarius, anno nimirum
Domini octauo supra millesimum qua-
dringentesimum, in priuilegio S. Thomæ
Apostoli. Vnde castigandus est error ille
typographicus, qui librariorū incuria ir-
repsit in NOTAS nostras ad Chron. Dor-
landi, pag. 125. lin. 10. vbi pro quadrageſimo
octauo legendū est, quadrageſimo octauo.
Eius nomen Germanico suo Martyrolo-
gio inserere non dubitauit Petrus Cani-
hus, ut potè eximiæ sanctitatis viri.

HBN-

HENRICVS LOEN, quem Possevius
Lögen/ & Sixtus Senensis Lögen/ perperam
nuncupant, Theologus fuit per quam exi-
mius, cuius præclaras animi dotes, ac stu-

pendam humilitatem integro cōmemo-
rat capite a Petrus Dorlandus, nec non & a Libr. 7.

b Arnoldus Boltius. Fuit vero patria Lo
uaniensis; vbi & celebre illud Porcense
pædagogium primus instituit, rexitque.

Verum ad perfectioris viræ statum anhe-
lans, Hannoniæ petijt, ibique in domo Ca-

pellæ, quæ propè Angiam sita est, Mona-
chum induit. Adsumptus deinde in Vicar-
ium, ac paulò post etiā in Priorem eiusdem

loci, ita omnibus suam probauit vitę con-
uerſationem, ut mox ab umbra in aciem

strenuus Christi athleta educeretur. Præ-
fuit namque vniuersa isti Provinciæ an-
nis octo. Deinde ob recentem Bruxellen-
sis Cartuſiæ plantationem illuc accitus,

locum illum annis bis denis Prior guber-
nauit, personis, ædificijs, professionibus

auctiorem eam faciēs. Verum graui pres-
sus teneatutis sarcina, ad pristinæ habita-
tionis quietem redire desiderās, voto po-

titus est suo; ibi namq; ætatis anno septua-
gesimo quinto, Christi vero millesimo

quadrageſimo octauo primo, felici fine in Domino obdormiuit. Scriptis

in Psal. Davidicos, atq; in Ethicorū Aristotelis

*Desit effe in
vitis anno
M. CCCC.
LXXXI.*

*Chro. Cartus.
cap. 31.*

*b Cap. 34. li.
de viris illu-
stri. ordin.
Cartus.*

et vide Petru libros, haud contemnendæ eruditio[n]is
vitæ Cartus. commentaria. Similiter &c Sermones ad-
tract. 3. ca. 7. modum laudabiles.

Pag. 578.
Præfuitque Cartusij Norinbergensi, imo totius Provin-
geniæ, circa annu[m] Dom. M CCC. XVII.
putatur quæ nonnulla cōscriptissime literarum monu-
numenta, quæ temporis iniuria, ac domus istius incuria, interciderint. Heribol.

Obiit an. M. D. XXV. I. HENRICVS ELERI, quem debito
collocare loco superiùs decuerat, fuit per
annos viginti Cartusij Rostochianæ Pri-
or, ac Saxonice Prouincie Visitator: scrip-
psit verò vitâ Domini nostri IESV Christi,
eiusq[ue] sanctissimæ genitricis MARIAE,
in quarta parte folij. *Heribol.*

Vinebat in Germania an. M. CCC. XL. HENRICVS de LANGENSTEIN,
fuit antea Ordinis Augustinéshum, à qui-
bus videtur defecisse ad nostros: nam
a Lib. 9. de signis Eccles. ca. 12. in fine pag. 732.
a Thomas Bottius inter Cartusianos illum
recenset, eique adscribit librum *de cōtem-
platione, & anima contemplatiua*, nisi fortè
idem sit cum Henrico de Haßia. de quo su-
prà. Quæ verò præterea conscripserit, vi-
de apud Trithemium & Possevnum. Nos
enim Bottij autoritate permoti, per
transennam illius hic mentionem facere
in gratiam Lectoris voluimus: ne quem
dedita opera præterijlle videremur.

H E N -

HENRICVS de PIRO, alias Brunonis, *Vinebat an-*
Iureconsultus oratorque inter primos sui no M. CCC.
temporis eximius, variarum rerum scien-
tia excellens, singulari quoque prudenter,
*eruditio[n]e, ac facundia præstans, in insig-*LXX.**
ni Colonia Agrippina parentes habuit si
non splendidos, saltem virtute præclaros.
Fuit etenim antequam mundo nuntium Fuit V. I.
mitteret, tam Pontificij quam Cæfarei lu- Doctor.
ris Doctor celeberrimus: adeò vt frequēs
eius habeatur mentio in Actis Concilij Interfuit
Constantiensis, cui præsens interfuit. De Concilio con-
quo ita Theodoricus Loherius, in fine stantiens.
epistolæ Dedicatoriæ Dionys. Cartuf. in
Tomum tertium Magistri Lententiarum,
Treuirensibus dedicatum: Henricus à Piro
inter sue etatis turisperitos facile Princeps,
temporibus ferè NICOLAI V. cum primum
Treueri generale institueretur studium, isthuc Docuit in
Coloniâ adscitus, Legum Canonumq[ue] in naſ- vniuersitate
cente Gymnasio primus auspiciatus est lectiones. Treuirensi
Et refeliciter succedente, cum annis non pau- leges ac eu-
cis illam iſtic prouinciam tenuifer, suam postli- nones.
minio repetens Agrippinam, fessus laborum, se-
culiq[ue] pertasus, Cartusianus apud nos factus, re-
liquum vita in sancta conuersatione transigit.
Non sibi quidem vni viuēs, sed toti huic,
immō & Belgicæ Prouinciae suâ insigni
industriâ mirè proficuus. Præfuit namq[ue]
summa cum potestate, vti Bottius cap. 32.

testatur, Cartusia Coloniensi, Treuerensi, Rutilensi, Diestensi, ac Leodicensi: vacans quoque interim scriptio ac librorum editioni.

1. Composuit namq; libros quatuor super instituta Iustiniani, quorum initium est, *Annuente mibi omnium, &c.*
2. *Ad nouitios librum vnum.*
3. *Consilia ad diuersos casus.*
4. *Excerpta è Malogranato cum nonnullis adiunctis.*
5. *Sermones de Tempore.*
6. *Sermones de Sanctis.*
7. *Responsionem ad quastiones Prioris Cartusia Basilienfis, quam penes nos adseruamus.*

Cæterum quando hinc ad meliorem

- ^a Cap. 32. vitam sit translatus, non satis accuratè
^b De scripto- vsiam comperi. Huius viri laudes apud
 ribus Eccles. ^c Lib. 2. vi- a Dorlandum, ^d Trithemium, ac ^e Suto-
 te Cartus. rem reperire licet. Qin & Iofias Simle-
 trali. 3. ca. 7. rius illius monumenta, quæ in lucem pro-
 pag. 575. tulit, enumerans, adseuerat illum quo-
 que scriptisse de contractu anni sensus, cum
 pacto redēptionis.

Objit in Car-
tusia Bufco-
ducenf, anno ^HENRICVS PRVDENS, Prior fuit
 Vallis gratiæ propè Brugas, insigne Flan-
 driæ emporium; quem non solum ^a Bo-
 stiūs, sed & ipse quoque Trithemius ma-
 gnoperè de præstati doctrina iuxta ac pie-
 tate

tate commendat. Scriptis namq; pro religiosorum instructione nonnulla in suo genere præclara. De quibus extat celeberrimum, ac piorum deuotioni maxime cōmodum opus, quod TETRALOGVM deuotionis inscriptis, atque in tres partes secundum statuum differentias, nempe incipientiū, proficientiū, & perfectiorum, distribuit; per modū Dialogi. In quo collocutores introducuntur Angelus & Monachus, IESVS & Pater cœlestis, M A R I A amorosa, Sanctarum socrus animarum. Dicendi enim copia, ordinis grauitate, & sermonis iucunditate, vt de illo teatatur Bottius, plurimū valuit. Obiit aut in Cartusia Bufcoduceli, quæ S. Sophiæ titulo gaudet, quod circa annum Dñi 1453. caprā à Turcis Constantinopoli, ac prophanato augustinissimo illo S. SOPHIAE templo, in huius rei memoriam erigi cœpta sit, vt in NOTIS nostris ad Dorlandum diximus, pagina nimirum 151. Cæterum Henricus diem suū illic clausit extremum an. 1484. sexto Iduum Nouēbris, cùm ad annos aliquot itti loco præfuisset. Porrò scire Lectorem conuenit Petrum Sutorem in capite illo, vbi de nostri agit ordinis Scriptoribus, nempe libr. 2. vitæ Cartuī. Tractat. 3. cap. 7. nullam facere Patris huius Henrici mentionem, sed cuidam alteri

Hen-

Henrico Vroedio p̄fatum deuotionis
TETRALOGVM adscribere; vnde vel in
cognomine fallitur, vel fieri potest, quod
duplici sit vocitatus cognomine; ita vt
vnum familię, alterum patrię fuerit. Nam
nusquam alijs *Henrici Vroedij* mentionem
inueniri potui.

Vixit in Cartuſia Herbi-
palenſi, anno
M. CCC.
XL.

HENRICVS REICHER, Cartuſię Her-
bipolensis alumnus, vir, vti ex scriptis,
quæ etiamnum calamo exarata iſtic ad-
feruantur, cognosci potest, admodum il-
luminatus, ac pietatis præcipua, scriptis
tria insignia de *Divina sapientia*, seu *Mysti-*
ca Theologia, volumina, in quibus pro-
fundiores aliquot rerum diuinarum dis-
cursus pertractat, adinstar Harphij, &
Rueſſenbroeckij: quos idcirco non om-
nium captui conuenire, facile est credere.
Quin & quartum eiusdem auctoris repe-
ritur volumen M.S. in quo sequentes in-
ſunt Tractatus.

1. *De via purgatiua, illuminatiua, & Vni-
tiua.*
2. *Ad quendam de munditia Sacerdotum:*
cuius thema eſt: *templum Dei sanctum
eſtis vos.*
3. *Eodem themate, alio modo ad quen-
dam Canonicum Haugens. Herbipol.*
extra muros.
4. *Ad nouiter electum Priorem Cartu-
ſię no-*

ſiæ nouæ cellæ in Grūnatv Exhor-
tatio.

5. *Compendium breue*, de animæ renoua-
tione, seu spiritualis templi conſtru-
ctione.

6. *De Sacramento confeſſionis.*

7. *Breiloquium*, de conscientiæ puritate.

Quæ quidem omnia argumento nobis
ſunt, hominem fuisse in mystica Theolo-
gica comprimis eruditum, ac ſalutis pro-
ximorum audiſſimum.

HENRICVS VROEDE. Huius qui-
dem & nomen & ſcripta citat Sutorius pa.
576. libri ſecundi de vita Cartuſiana, ve-
rum videtur vnuſ idemq; eſſe cum **HEN-
RICO PRUDENTE.** De quo iam paulo
ante.

HERMANNVS APPELDQRN, Mona-
chus Cartuſiæ Coloniensis, honeſtiſ ortus
parētibus, Vir imprimis venerabilis fuit:
qui omnem ætatem ſuam tām in ſeculari,
quām monaſticā vitā tanta puritate & in-
nocentia peregit, vt piè credendum fit
(quemadmodum fide dignis potest testi-
monijs comprobari) eum nunquā in pec-
catum mortiferum præbuſſe cōſenſum:
diuina videlicet gratia eum & præueni-
ente & præſerante. Nam cùm adhuc puer
Coloniæ literis nauaret operam, alijs ad
mundi ſolatia & recreations conflu-
tibus,

Germania

anno 1450.

tibus, ille cum puerο I E S V ad templum se conferebat, Dein' contempto mundi regno, & omni ornatu seculi propter amorem Domini sui I E S V Christi, Cartusiam Agrippinensem petijt, non mundo sed Christo militaturus: vbi sanè tam religiosè vixit, vt eius vita cunctis esset exemplo. Quo factum est, vt primum quidem in Cartusia Treuerensis: Deinde verò in Colonienfis domus Priorem adscisceretur. Vtrum autem Buxianæ aliquando Cartusia, quæ est in Suevia haud procul à Memmingensi vrbe, præfuerit, vti nonnulli existimant, non fatis compertum habeo. Porrò, & Colonienf. & Confluentinis summa cum laude operam nauauit suam. Scripsit autem *Sermones Dominicales*. Item, *de paſſione Domini, ac Nouitiorum iſtitutione*, diemque suum externum clausit in Cartusia Confluentina, anno Domini septuagesimo secundo supra millesimum quadragesimum, decimo quinto Kalendarum Octobris, ibidemque sepulturæ est traditus.

HERMANNVS G R E E F G E N, professus Cartusia Colonienfis, collegit breue quoddam Martyrologium, quod etiamnum manuscriptum illic custodiatur,

tur, licet de auctoris ætate ac obitu, nihil inuenire quiuerim.

HERMANNVS PETRA, seu Pe- obiit anno tri, Stutdorpæus, vir in diuinis Scriptu- M. CCCC. ris probè admodum versatus, ac vitæ in- XXVIII. tegritye celebris; quippè, qui Brugensis Cartusia monialibus per annos triginta circiter magna cum laude præfuit. Quarum spirituali profectui vt plus adiumenti adferret, scriptit de reginâ Monialium li- I. brum vnum. Item.

Super Oratione Dominicæ Sermones L. qui quidem reperiuntur impressi Louanij, per Ioannem de VVestphalia, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quartto, in folio: quin & extant M. S. Louanij, apud Martinianos.

Sermones de Tempore & Sanctis. Lib. 6.e. 3.

De immaculata Concepcione Beatissimæ semper virginis M A R I A E: aliaque complura. Cuius quidem viri meminere, Bostius Trithemius, Eifengreinius, Possevius, Sutorius, & Sixtus Senensis. Obiit autem anno virginæ partus, M. CCCC. XXVIII.

HIERONYMVS BROENICK, Legnicensis dom^o professus scripsit iussu Prioris maioris Cartusie *Sermones* nonnullos Capitulares, (quales certis quibusdā Solenitatū diebus Ordo in domo Capitulari suis solet

solet loco Concionis prælegere) stilo per dulci; adeo ut ex his facilè liceat colligere, hominē fuisse præstantis doctrinæ ac pietatis. Reperiuntur autem manuscripti in Cartulia Buxiana: indidemque etiam in vñs sunt. Quando verò in viuis fuerit, ab illis alijque expiscandum.

*Obiit in Maiori Cartusia
an. Dom. M.
D. XCIV.*

HIERONYMVS LIGNANVS quadrigentimus secundus GENERALIS Ordinis MINISTER, insigni pietatis, ac diuinī cultū zelo inflammatuſ, curauit in Maiori Cartusia per Theobaldum Anælinum Typographū ac ciuem Lugdunensem edī anno Domini 1588. in folio regali HYMNOS quibus Ordo per anni circulum vtitur, vñā cum notis. Cui operi lignanarem præfigens epistolam, inter cætera ita ait: *Mirari nemo iure poterit, quod nos sana ac pia intentione commoti, pioq; succensi zelo, superna clementum gloria, Ecclesiae ornamentum, ac Cartusianæ pietatis augmentum, totis animis arhelantes. HYMNOS quoſdam, nondum ad publicam nostri Ordinis utilitatem impressos, quasi recentes floſculos de salribus amoenissimuſ laudantis Ecclesiae nuper collectos, dicit: Ordinis nostri sagris cantibus iam temporis inferendos, summa diligentia curauimus typus mandari. Hæc ille; vir si quis alias candidus, tincerus, pius, eruditus, qui hinc an. Christi. M. D. XCIV. ad Dñm migrauit,*

HIE-

HIERONYMVS MADALIAGA, Hispanus natione, professus *porta cœli* pro-pe Valentiam, scripsisse dicitur *Putatur eti-
amnum in
Hispanijs*

1. *Vitam S. BRVNONIS, Cartusianorum vivere.*

Patriarche. Item.

2. *Vitam S. ROMVALDI, institutoris Ordinis Camaldulens. Quæ quidem ore-
tenus habeo ex relatu Eximij M. No-
strj, P. COSMAE MORELLII, sacri
Prædicatorij Ordinis viri doctissimi,
Colonia hoc tempore degentis, ac no-
stri amantissimi.*

HORTULVS DEVOTIONIS, varijs orationum & exercitiorum piorum, quæ mentem in Dei amorem rapiunt, floribus per amœnus, quem etsi Patres nostri Colonienses istic apud Iasparem Genepœum anno Domini 1541. edi curauerint, attamen sine ullo authoris nomine prodijt; nisi quod recentior quædam editio Ludouici Aleotorij anno 1577. in lucem prolatæ, *Hugonis* cuiusdam Cartusiani no-men præſe ferat: Ego verò existimem V. P. GERARDVM HAMONTANVM, olim huius Cartusianæ nostræ doctissimū PRIOREM, Hortuli huius esse auctorem. Quod cur ita credam, rationem superius reddidi, cum nimirum de lucubrationibus illius ex professo agerem.

HORTVS DELITIARVM, hoc est,
K loci

loci cōmunes de vitijs ac virtutibus; collecti ex Sanctorū aliquot Patrum scriptis, atque in vsum potissimum Concionatorū ordine Alphabetico dispositi, impreſsi Mediolani anno 1515. in forma quarti, auctore LAURENTIO IUSTINIANO. De quo vide in litera L.

*...runt sub
Alberto Im-
perat. anno
M. CCC.*

1. HVBERTINVS de CASALI, Ordinis fratrum Minorum, ac Ioannis de Parma, GENERALIS quondam Magistri auditor, Cartufianorum tandem instituto non inen dedit, scripsitque in Apocalypsin Commentarium, quem prænotauit. *De septē statibus Ecclesia, iuxta septē visiones qua leguntur in Apocalypsi.* Operis initium est: *vniuersis Christi IES V verè fidelibus.* Huic eidem quoque adscribit Trithemius insigne volumē, quod vocavit *arborē vita Crucifixā*, nisi fortè vnum idemq; sit cum superiori. Nec non & Sermones varios, & Epistolas, aliaq; nonnulla nobis non visa.
2. 3.

* Gersonem
intelligit.

Admonent nos verò Catholici * quidā (inquit Trithemius) HVBERTINVM in præfato opere *arboris vita crucifixā*, certis quibusdā in locis (maximè vbi Simeonis Canticū exponit) cautē effe legendum, eò quod de quibusdā articulis præter cōmūnem Orthodoxæ Ecclesiæ opinionem, sentire videatur. Quem tamē idem Trithemius ex parte excusat. Vixit tēporibus

Alber-

Alberti Imperatoris, nempe circa annum Dñi milleſimum trecentesimum.

HVG de Palma (vel vt alij vocant Henricus de Baldea) scripsit librū de tripli via; nempe Purgatiua, Illuminatiua, & Vnitua; Qui quidē operā Patrum Colonensiū illic in lucem prodijt sumptibus Melchioris Nouefiani, anno nimis Domini 1534. vna cum opusculis nonnullis P. Dionysij Rickelij. Quādo verò hic auctor floruerit, incomptum habeo; nisi quod apertè satis constet eum nostri fuisse instituti. Id namque ipse met manifestè profitetur, haud procul à principio operis: quod hisce Hieremias auspicatur verbis; *Via Sion lugent, eò quod non fit qui veniat ad solemnitatem.* Huic eidem nonnulli etiam adscribunt opus illud admirandū de mysticā Theologia, quod falsò haec tenus Gersoni attributum fuit; cùm auctor et si humilitatis causa nomen edere noluerit, satis tamen in operis decursu insinuet, se professione Cartufianū fuisse? cui rei non inuitus quoque adstipulatur Thomas Bozzius de signis Ecclesiæ, libro nono, capite duodecimo, in fine, vbi ex ordine Cartufianos aliquot scriptores enumerat, qui Christianum Orbem scriptis illustrauere suis. Quin & eidē adscribitur Hortulus quidam Devotionis, verum incerta cōiectura.

AC O B V S de CLVSA, alias de *Paradiso* (licet alij diuersos fuisse existiment) ante ordinis ingressum S. Theologiæ Doctor ac professor publicus, postmodum verò Erphordianæ Cartusiæ alum-nus, scripsit Tractatum de apparitionibus *Animarum*, post exitum à corporibus, & de earundem receptaculo, impressum in oppido Burchdorff in folio , an. 1475. Item de erroribus & moribus Christianorum, seu de difficultate saluandorū, Lubecæ anno 1488. quem autorizatum esse (ita namq; illic legitur) à Nicolao V. habet libri inscriptio. Tribuuntur illi & alia complura, quæ tamen alij I A C O B O I V N T E R B V I C K I O adscribere malunt, prout sub ipsius nomine postea ponemus. Similiter quoque huic Iacobo de Clusa adsignat Tractatum de veritate dicenda aut tacenda, quæ dicit alibi in folio impressum. Item, Collationem pro diuinæ scientiæ commendatione. Nec non & Lecturam super primum & secundum sententiarum Et in Speculo exemplorum, nuper Duaceni anno 1603. recuso, pag 630. huic eidem adscribitur liber quidam de peccatis mortalibus criminalibus. Cæterum ante Ordinis ingressum inter Cistercienses vixit per annos circiter quadra-

draginta: mansissetq; forsitan apud illas, nī Abbatis nomē & omen subterfugiens, maluisset sine ullo officio apud Cartusianos delitescere, ac librorū scriptiōnī operam impendere, quam prælaturæ sarcinā prægrauari. Quod & ibidem ad annos duos suprà viginti pro viribus præstitit. Obiit enim ætate plus quam octogenarius, anno nimirum Domini M. CCCC. L X V . aut præter propter , in perugilio SS. Philippi & Iacobi. Quemadmodū au-tor ille prodidit, qui vitam illius v. potè contemporaneus ac discipulus anno Domini 1482. conscripsit, nempe Iacobus Volradi, de quo postea,

IA C O B V S G R V I T R O E D E , natione Teutonicus, ac Leodicensium Cartusianorum P R I O R , præstantis ingenij vir fuit, ac reconditæ eruditio-nis: quemadmodum ex ijs quæ ad posteros transmisit, potest intelligi.

1. Scripsit enim de veris virtutibus , Libros tres.
2. De septem peccatis mortalibus. Lib. I.
3. De quatuor nouissimis. Lib. I.
4. De vita Domini IESV. Lib. I.
5. De preparacione ante Missam. Lib. I.
6. De diffinitione nominis Monachi. Lib. I.
7. Meditationes passionis Christi. Lib. I.
8. Lectionarius mensæ. Lib. I.

*Obiit apud
Eburones,
an. M CCCC.
LXXII,
prid tds
Febr.*

9. *Speculum Pralatorum.* Lib. I.
10. *Speculum Subditorum.* Lib. I.
11. *Speculum Sacerdotum.* Lib. I.
12. *Speculum secularium hominum.* Lib. I.
13. *Speculum senectutis.* Lib. I.
14. *Colloquium IESV, & Monachi.* Lib. I.
15. *Colloquium IESV, & Pralati.* Lib. I.
16. *Colloquium IESV, & Senis.* Lib. I.
17. *Colloquium IESV, & Heremita.* Lib. I.
18. *Colloquium IESV, & Discipuli.* Lib. I.
19. *Contemplatio S. MARIAE.* Lib. I.
20. *Coronula S. MARIAE.* Lib. I.
21. *Dialogus Crucifixi & peccatoris.*
22. *Dialogus Marie, & peccatoris.*
23. *Dialogus alius Maria & peccatoris.*
24. *Meditationes compassionis B. MARIAE.*
25. *De nomine IESV & MARIAE.*
26. *Sermones de Tempore & Sanctis.*
27. *Epistolas ad diuersos, aliaque complura.*

Tandem verò post exantatos labores omnes, opimam scriptiorum suarum mercedem à Domino consecuturus, è vita decepsit Anno gratiæ millesimo quadragesimo, septuagesimo secundo, pridiè Idus Februar.

IACOBVS HIERONYMI, Doctor Parisenis, locique istius ex professio Monachus, *Conciones diebus festis occurrentes* edidit, impressas Parisijs apud Cheualoniū anno

I

anno 1358. Item *Carmina diuersa, & maxime ad tres SS. Trinitatis personas.*

Hecatostichon, insuper apogoeticum, quo phratris B. BRVNONIS contra nasutulos seculi huius Aristarchos tueretur; quod reperitur ad calcem operum eiusdem Sanctissimi PATRIS nostri, cuius initium est:

*Quis nouis harmonico mulcēs stridore lyristes,
Allobrogum longi saxa niuosa iugis.*

Cætera Auctoris huius scripta, superiùs à me commemorata, reperiuntur in Cartusia Buxiana, typis (ni fallor) impresa. Cuius etiam mentionem faciunt Simlerus in Epitome Gesneriana, & Possevius in Apparatu.

IACOBVS IVNTERBVIICK, obiit in Generatione Teuto, ac Vicarius Montis S. mania anno Domini M. CCC. LXVI, vir (vt inquit Trithemius) in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, ingenio clarus, sermone apertus, dubiorum cautus interpres: vita quoque & conuersatione deuotus, complures edidit tractatus, de quibus variè ambigitur, vtrum Iacobo de Paradyso, an verò huic IVNTERBVIICK adscribi debeant, Plerique enim Scriptorum ea cōfunduntur. Nos verò sicuti in Indice librorū Cartusiæ Coloniensis, propriâ Patris SVRII manu exarato, eos

sub illius nomine signatos (seruantur namque illic duo vel tria manuscripta Auctoris huius volumina) repperimus, ita eosdem hic recensēbimus: libriū interim censendi penes lectorem arbitriū relinquentes, sunt autem hi qui sequuntur:

1. *De dignitate Pastoris, & onore cura pastoralis.*
2. *De arte curandi vitia.*
3. *De potestate Dæmonum.*
4. *De arte Magica.*
5. *De Superstitionibus.*
6. *De incendio per arctam viam.*
7. *De directione intentionis in actibus moralibus, alias de bona voluntate.*
8. *De Indulgentijs anni Iubilai.*
9. *De veritate dicenda tacendaque.*
10. *De peccatis mortalibus, mentalibus.*
11. *De arte bene moriendi.*
12. *Dialogus cum nouitio consolatorius.*
13. *De malis huius seculi per omnes etates.*
- * Eff. Iacobi de Clusa. 14. *De apparitionibus Animarum post mortem.*
15. *De valore missarum pro Defunctis.*
16. *Collectorium diuersarum cautelarum in diuersis statibus obseruandarum.*
17. *Opusculum quod Libeticum statuum humnanorum.*
18. *De duabus ciuitatibus Hierusalem, ac Babylonie, & earum ciuibus.*

19. *Dialogus consolatorius boni ac zelosi Christiani.*
20. *De cognitione causarum & effectuum secretorum.*
21. *De montibus Gelboe comminatorium parvarum.*
22. *Speculum aureum institutionum ad Ecclesiastica beneficia & sacramentalia.*
23. *Quid sit Carena.*
24. *An pueri Iudeorum non renati per baptismum, aliquo modo saluentur.*
25. *An promissis iniunctis pro defunctis à superiori, possint alia dici ad placitum celebrantur.*
26. *Sermo de Defunctis, & quibus suffragijs iuuentur.*
27. *Sermo, cùm esset desponsata Mater Iesu.*
28. *Sermo, Populus qui ambulabat in tenebris.*
29. *Sermo, Sapietia ædificauit sibi domum.*
30. *Sermo, Tota pulchra es.*
31. *Sermo, In diebus illis exurgens MATERIA, &c.*
32. *De contractibus & redemptionibus.*
33. *De partitione reddituum inter Religiosos.*
34. *De monopolio, & ementibus multa ut carius vendant.*
35. *De interdicto quoad religiosos.*
36. *Speculum de restitutionibus.*

37. De habitibus acquisitis & infusis, & de charitate.
38. Avisamentum ad Papam, pro reformatio- ne Ecclesie.
39. Confessionale.
40. Tractatus de desiderio moriendi, & appa- ratione ad mortem.
41. Quodlibet. fallaciarum Humanarum de diuersis deceptationibus in officijs.
42. De iudicij diuinis & humanis, & fatuitati bus Mundanorum, & contemptu Mun- di.
43. Casus unus de bellis Clericorum.
44. De Absolutione excommunicati in ex- tremis.
45. De conflictu inter amorem Dei & mundi.
46. Scrutinum scripturarum, quod propter senium reliquit imperfectum.
47. Tractatus de actibus humanis, & mystica Theologia.
48. Colloquium hominis ad animam suam.
49. Igniculus devotionis.
50. De statibus Mundi.
51. De statibus Ecclesie in Apocalypsi descri- ptis.
52. De statu securiori incedendi in hac vita.
53. De causis multorum vitorum, adiun- ctis remedijs, & praeferim de tollerantia iniuriarum.

54. Casus varij dubiorum circa Missa celebra- tionem, & cautela obseruande.
55. Expositio breuis canonis Missa.
56. Tractatus, vitrum quotidiana celebratio suadenda sit.
57. De modis resistendi tentationibus.
58. De perfectione Religiosorum, & spiritualis vita profectu.
59. Oculus Religiosorum.
60. Opus questionum variarum pro Religiosis.
61. De receptione & prouentibus Monialium, & aliorum Religiosorum, deg[re] proprieate.
62. Casus quidam circa receptionem ad reli- gionem.
63. Formula de modo reformandi religiones lapsas.
64. De causis deviationis vel degenerationis Religiosorum à priscorum patrum feruida conuersatione, & qualitate recipiendorum ad religionem.
65. De excellentia, & statu Ordinis Cartu- siani.
66. Solutiones quorūdam dubiorum pro Car- tusiensibus.
67. De approbatione Ordinis Cartusiensem.
68. De statu & officio Ecclesiasticarum perso- narum, & Canonicō ingressu.
69. De sanctificatione Sabbathi circa molen- diam.
70. De inchoatione Sabbathi & Vectoribus.
71. De

71. De tribus statibus, scilicet Pralatorum, actiuorum, & contemplatiuorum.
72. De moribus & erroribus Christianorum.
73. De cogitationibus & earum qualitate & refutatione.
74. De causis gratia & charitatis.
75. De autoritate & reformatione Ecclesie.

Vixit in Francia an. M. D C. II. IACOBVS MAVRITIVS, Cartulizæ Parisiensis Monachus, è Latino Gallicè reddidit librum *Spiritualium Exercitationum*, P. Ioannis Michaëlis, nec non & librum Dionysij Cartusiani de conuersione peccatoris. Speculum monasticū Dacriani Abbatis, quod alij Blofio adscribunt. Scriptit quoque volumen Sermonum, & alia nonnulla, inquit suo in Apparatu Posseuinus. Viuebat anno M. D C. II.

IACOBVS MOSANDER, natione Flander, auno Domini 1570. religionis ergo Coloniam diuertens, cùm antea Decanus fuisset ruralis, relicto Ecclesiastico beneficio, Monachum induit; & post obitum Surij in septimo Sanctorum concinnando Tomo, insignem posuit operam: dedicando hunc suum laborem R.º in Christo Patri, Domino Gaspero Gropper, Bonnensis Ecclesiæ Præposito; idque anno Domini; cùm interim ipse fatus in Moravia concessit, in domo * vallis Iosaphat prope

* vel potius in Seitz, que est Slavonia do-

prope Olmutium, anno Virginei partus M. D. LXXXIX.

IACOBVS de PARADISO, quem, quia alij eundem esse arbitrantur cum IACOBO de CLUSA, ea propter Lectori eò recurrendum erit.

IACOBVS VOLRADI, professus Cartusia Erphordianæ, scriptit vitam IACOBI de Clusa: quo cùm familiariter admotum in celeberrima loci istius Cartusia vixit, vt potè discipulus cum magistro: quæ etiamnum istic M. S. adseruatur.

IOANNES BATMANSONIVS, Cartusia Londinensis doctissimus, simul ac pientissimus Moderator, floruit illic paulò ante horrendum illic schisma Henrici VIII. Scriptit autem in

1. *Canticum Cantorum Salomonis.*
2. *In Proverbia eiusdem.*
3. *De vnica Magdalena, Librum i.*
4. *De Christo duodenni.*
5. *In Euangeliū illud, Missus est.*
6. *Institutiones Noitiorum.*
7. *De contemptu Mundi.*
8. *Aduersus Desiderium Erasmi.*
9. *Contra Martinum Lutherum.*

Quæ omnia an typis sint impressa, an verò calamo duntaxat exarata, melatet. De obitu verò illius fidem Posseuinum habeo, dicente illum hinc emigrasse Anno M. D.

Prefuit Cartusia Londinensis, an. M. D. XXX. obiit ibidem anno M.D. XXXI. Nonemb. 16.

M. D. XXXI. Cui in officio successit insignis ille Angliae Martyr, IOANNES HORTONIVS, de quo alias.

Viebat An. IOANNES BILLIUS, Gallus, Jacobi doctissimi Abbatis S. Michaelis frater Germanus, à Carolo Borbonio illustriss. Cardinali procuratus, ut primus Cartusiæ in Normannia, abs se exadificata, præfset, Gallicè edidit translatū è Latino, *Tractatum Sectarum, atque hæresum nostrum eporum*, vna cū confutatione earū, quas hoc tempore hæretici ab inferis reuocarunt. *Exhortationē item ad opera misericordia.* Verit etiam in Gallicam linguam B. Baylaumi historiam integrā. Enchiridion militiae Christianæ Ioannis Lanspergij. Item librum Dionysij Cartusiani, *de perfectione Charitatis.* Nec non & S. Ioannis Chrysostomi, *neminem laidi nisi à seipso.* Similiter eiusdem *de Regis & Monachi comparatione.* Quibus accessere etiam pia aliquot Ludovvici Blofij opuscula, Parisijs apud Nicolaum Cheineau Gallicè edita. Viuebat nostra ætate.

Obiit in Ma- IOANNES BIRELLIUS sive BIREL-
an. M. CCC. LVS XXII. Ordinis GENERALIS varias
an. LX. spiritu Dei ignitas ad diuersos Reges ac
Principes scriptit Epistolas admonitorias, quibus eos sui admonebat officij. Vnde
nōnulli eorum ad meliorem quoque fere
fru-

frugem receperé. Fuit enim vir potens in opere & sermone, qui nec personam cuiusquam accipiebat. Habuit etiam suffragia aliquot ad Póificatum. De cūius virtutibus, ac rebus præclarè gestis videat *Lector a Dorlandum*, & quæ ibidem in a Libr. 4.
b Notis nostris diximus, nec non & c *Chro. Carij.*
Petrū Sutorem. Præfuit vniuerso Ordini summa cum potestate annis quatuordecim, obijtque non sine insigni miraculorū gloria, anno Dominicæ incarnationis sexagesimo, post mille trecentos, ipsa pag. 532. Epiphaniæ solemnitate.

IOANNES BRUNSVVICH, Prior Cartusiæ Argentoratensis, scripsit de *preparatione* ad sacrificium Missæ deuotè per agendum. Item *meditationes pientissimæ pro Missæ ac Canonis intellectu:* quæ adferuantur in Bibliotheca nostra Coloniensi; verum auctor qua ætate vixerit, haud quaquam licuit eruere.

IOANNES de CASTORE, vel *Castro*, professus Maioris Cartusiæ, scripsit *declarationes Statutorum Ordinis Cartus.* & alia nonnulla in 8. Quævti non vidi, sic nec de auctoritatis ætate quidquam certi habeo.

IOANNES à DEO, Venetus, Venetæque *Vixit in Car-*
Cartusiæ ex professo Monachus ac P R I T U S. Veneta,
OR, scripsit de immensa Dei charitate, *anno Dom.*
1480. *De hu-*

De humilitate interiori, & vera patientia. De præparatione ægrotorum, & dispositio-
tione morientiū. Item Coronam Senum. Nec non & super aureo illo Chilonis di-
cto, γενεσις σταυροῦ, id est, *Nosce te ipsum*, li-
bros tres. Quorum *primus* agit de statu
spiritualium hominum, qui mentali ha-
bitu vitam peragunt actuum; aut qui ad
contemplatiām deducuntur. *Secundus*,
sanctorum quorundam virorum ostendit
sententias, auctoritates, & dicta; vide-
licet in iustificationem & renouationem
eorum, qui speciali electione ad diuinæ
contemplationis arcem eliguntur. *Tertius*
denique liber, signa indiciaque renoua-
tionis electorum, & contemplatiōrum,
tradit. Cæterum præfata hæc auctoris scri-
pta simul in uno opere olim prodidre
Heidelbergæ anno 1489. in quarto: nec
non & Venetijs, ex officina Nicolai Ien-
son, Galli, anno 1480. approbata à Matthæo Girardo, Patriarcha Venetiarum:
dedicata verò pro maiori parte fratribus
Cartusiæ Patauinæ: quorum eximiam pie-
tatem auctor magnoperè extollit; licet
optus ipsum admodum incorrectè sit edi-
tum. Addit verò Trithemius, eum etiam
varios conscripsisse Sermones, nec non & li-
brum vnum Epistolarum, aliaque nonnulla;
quod & confirmat Sutor, dicens eū fuisse

virum

Lib. 2. vi-
ta Cartus.
tratt. 3. ca. 7:
pag. 576.

virum tamen diuinarum literarum studijs,
quam ingenij acumine præstantem, clau-
siusque Venetijs sub Sexto Papa IV. an-
no Domini octogesimo supra millesi-
mum, quadringentesimum.

IOANNES DIVITIS, vir uti eximia *Vixit Gan-*
vitæ sanctimonia, sic & præstanti excel-
lens doctrina: qui veluti splendidū quod-
dam sydus fratibus suis Cartusiæ Gandē-
sis præluxit, scriptisque

1. *De indulgentijs anni Iubilei.*
2. *De esu carnium pro omnibus religiosis.*
3. *De participatione Missarum.*
4. *De Confessione Sacramentali, per quatuor
questiones discussa.*
5. *Dialogum mellifluum tentatum inter eum
consolatorem.*
6. *Sermones Capitulares.*
7. *De Virginitate, lingua vulgari.*
8. *De proprietate in Religione vitanda.*
9. *Quo pacto secularibus non semper condonan-
t cant libri sacra Scriptura, materno idio-
mate translati.*
10. *Librum diversarum adhortationum, in
modum Epistolarum.*
11. *Conciones aliquot, cum alijs nonnullis.*
Quæ quidem omnia ex M.S.C. habui:
nam de auctoris vita & obitu, ne gry
quidem apud Bostium Trithemium,
Sutorem, Posseuinum, &c.

L

IOAN-